Sciendum autem quedam verba inueniri defectiua quorundam supradictorum accidētiū·& h° vel nat̄e nc̄itate fieri·vl' fortune casu·Ergo necessitas nature biptita est ī significatōe·& ī cōmoditate·i·in cōsonātia elemētorum·Sunt em̄ quedā non solū in verbis·sed etiā in alijs ꝑtibus orātōis·q̄ significatōis cā dici nō debent·ut si velim⁹ dicere masculinū ab eo qd̄ ē nupta nuptus·vel a puerpera puerperus·oppugnat ipa rerū natura·ꝓpter significatōeꝫ que solis accidit feminis·nisi figura vel autoritas ītercidat·Figura·ut si dicaꝫ.Bonus aīm⁹ vxoris michi nupt⁹ est·id est·bonū habens aīm·vxor michi nupta ē·Autoritas·ut plautus in cassia·Libet carnium ꝙ agat scire nouū nuptū·ꝓ maritū Necnō in ꝓnoībus pmitis que sūt tercie ꝑsone·si velimus ꝓferre vocatiuū casū·q̄ non pōt accidere nisi secūde ꝑsone.hoc cadē naturalis nessitas vetat·In cōmoditate vero·vel in cōsonātia deficiūt q̄dam·ut si velimus ab eo qd̄ est cursor & risor femina facere s̄m analogiā mutatōe or.in rix·absonū fit & incōgruū nature literarū·Vn̄ cicero volens ab eo qd̄ ē expulsor·ꝓferre feminū mutauit·s·in·t·& expultrix dixit·Tusculanarum·v·O vite philosophia dux·o virtutis indagatrix expultrixqꝫ viciorum·Idem in eodem·Regie virgines que ut tonstricule tondebāt barbā·ab eo quod est tonsor·tonstrix feminū fecit addita t·& ex eo diminutiū tonstriculam formauit·quomō a nutritor nutrix·etiā a nutrix nutricula dicit̄ ꝑ naturā·Per fortunā quoqꝫ duobus modis ꝓhibemur quedā ꝓferre·Vel qꝛ inusitata sunt·vel qꝛ incōcinna & turpia vel aspere ꝓlata vident̄ eē·Inusitata sunt quib⁹ non inueniunt̄ vsi autores·quāuis ꝓportōne potestatē faciēte dicendi·ut prex·nix·for·dor·positiuū faris debet eē for passiuū·do·debet eē dor·Ea em̄ quāuis ratione regule bene dicant̄·tn̄ qꝛ in vsu autoꝝ non inueniūtur·recusam⁹ dicere·Incōcinna vero vl' turpia vel aspere ꝓlata eē videt̄ metuturus·vel metuiturus·nutritrix·qd̄ quanuis s̄m analogiam debuisset dici·In tor em̄ termīata masculina q̄ ex verbis nascunt̄·mutant or·in rix·& faciūt femina·ut doctor doctrix·victor victrix·Cū igit̄ masculinū sit nutritor·ex eo s̄m analogiā nascebat̄ nutritrix·euphonie tn̄ cā cōcisio facta ē medie sillabe·et dr̄ nutrix.sicut bobus ꝓ bouib⁹·Necnō etiā in contextu diuersarū dictionū hoc solet fieri·ut cū nobis turpe ē dicere·itaqꝫ nobiscū p̄posterū ꝓfert̄·Vn⁹ ergo ex his plerūqꝫ quattuor modis inuenit̄·q̄ facit tam verba ꝙ etiā alias ꝑtes orātōis eē defectiās Differētie tn̄ causa multa solent·vel taceri·vel cōtra regulā ꝓferri·ut fas·gt̄m nō habet·nā vel facis siue faris vel vasis dicam⁹ aliud pōt significare·Coniunx cōiūgis scd̄m analogiā debuit ꝓferri·sꝫ ne verbū eē putet̄ absqꝫ n·ꝓfert̄ cōiugis·Venus veneris·cū oīa in us·correp·ꝓpria secunde sint declinatōnis·solū hoc tercie inuenit̄·ne si veni dicā⁹·verbū eē putet̄·Et far farris solū in r·desinens geminauit r·in obliquis·ne si faris dicam⁹·aliud mōstret·Similiter repugnātibus regulis solēt q̄daꝫ taceri·ut ador·cui⁹ gt̄us in vsu frequēti non inuenit̄ qꝛ due cōtrarie pugnant in eo regule·Cū eī sit neutrum deberet penul.o·gtī corri·ut equor equoris Sed cum habeat verbū adoro penul·ꝓducēs debꝫ ꝓduci·Vn̄ et deriuatiuū eius·scꝫ adorea o·ꝓducū marmorea.equorea o·corripiāt·ergo repugnantibus regulis māsit ador·in frequēti vsu indeclinabile·In verbis quoqꝫ cū oīa in eo·desinētia secūde cōiugatōnis in ui·faciāt p̄teritū ꝑfectū·ut teneo tenui.Differētie cā maneo māsi facit.ne manui datiu⁹ manus putet̄·Et neo neui·ne si nui·dicerem⁹ a nuo esse videret̄·Audeo ausus sum·qꝛ hausi ab haurio fit·quāuis aspiret̄·Fac·dic·duc·fer·magis

placuit p apocopam ꝓferri differẽtie causa· ne si
face. duce· dice· fere diceremus· aliud significaꝛ vi
deremur· quãuis hoc non in ↄsimilib⁹ omnib⁹ vel
vniuocis soleat fieri·

¶ De generib⁹ verboꝝ·

G Enera verboꝝ sũt septẽ. scꝫ · actiuũ· pas
siuũ· neutrũ· neutropassiuũ· neutrũpas-
siuũ· ↄmune & deponẽs· ¶ Actiui gñis
dicit̃ illd̃ verbũ qd̃ desinit in o· & põt facere trãsi
tõem ad aliqd̃ ratõnale aĩal· vnde possit fieri con
uersa locutõ in prima vel secũda ꝑsona ꝑ assũptio
nem r· ¶ Passiui generis est verbũ qd̃ ĩ or desinẽs
descendit ab actio ꝑ adiectõem r· ¶ Neutri gñis
est illd̃ verbũ qd̃ in o· desinẽs· nõ põt facere trãsi-
tõem ad aliqd̃ aĩal ratõale vnde possit fieri ↄuer
sa locutio in prima vel secũda ꝑsona ꝑ assũptõem
r· In tercia aũt ꝑsona sepe passiuũ solet inueniri·
sed ad muta & carentia aĩa pertinẽs Dicim⁹ enim
Condit̃ olus· Aratur terra· Inseritur arbos. Curri
tur spaciũ· Quis em̃ dicit aror· inseror· nisi poetica
ↄfirmatõ· id est· ꝓsopopeya ĩducat̃ · Ergo ĩ ꝓprie
illa possũt habere primã & secũdam ꝑsonam pas
siuorũ. in quib⁹ & fateri possũt he dicte persone
qd̃ in se fit· vt est amo te· ↄsequit̃ ꝙ ille ad quẽ dixi
ↄfitendo· id qd̃ a me audiuit. dicat amor a te Que
daꝫ tamẽ sũt absoluta· vt ditesco· viuo· ferueo· se-
deo· q̃ non egent casu ad ↄplendã sententiã· Vnd̃
passiuis quoqꝫ carent· ¶ Neutropassiui generis ẽ
illud verbũ qd̃ ĩ p̃teritis ꝑfectis & plusquãꝑfectis
& in his q̃ formanẽ ab eis· retinet literaturã passi-
uoꝝ· in ceteris vero neutroꝝ· & sunt quĩqꝫ · Vnde
versus· Quinqꝫ puer nũo neutropassiua tibi do ·
Gaudeo cũ fio soleo simul audeo fido· ¶ Neutri-
passiui generis· est verbũ qd̃ habet lrãturam neu
troꝝ & significatõeꝫ passiuoꝝ· & significat passio
nem aliũde illatã· & sunt q̃ttuor· q̃ ↄtinent̃ in hoc
versu· Exulo vapulo veneo nubo q̃ttuor ista. Sen
sum passiui sub voce gerũt aliena· vide in· v· pte ĩ
exulo· ¶ Cõmune est illd̃ verbũ qd̃ in passiua lrã
tura vtrãqꝫ retinet significatõem· scꝫ actiuã & pas
siuam· vt criminor te· criminor a te· tñ in vnica ꝓla
tione non põt habere vtrãqꝫ ↄstructõem· Vnde in
congrue d̃r· criminor te & a te· Verba aũt cõia scd̃ꝫ
modernos sũt ista q̃ ĩ his versib⁹ ↄtinẽt̃ · Largior
experior veneror moror osculor ortor . Criminor
amplector tibi sũt cõia lector· Hoc etiã verbũ in
terp̃tor in freq̃nti vsu in vtraqꝫ significatõe inueĩ
tur · Et vt dicit pris· in. xij· li. verbis plurimis que
nũc in vsu deponẽtia sũt veteres sic cõibus vsi sũt
¶ Deponens verbũ est illd̃ qd̃ in passiua lrãtura
retinet tm̃ significatõeꝫ actiuã· vt loquor ·

¶ De tempore verboꝝ·

T Emp⁹ accidit verbo ad diuersi act⁹ sig
nificatõem accomodatũ· Tria sũt tp̃a· p̃ns
p̃teritũ & futurũ· Sed p̃teritũ rurs⁹ di
uidit̃ in tria· scꝫ in p̃teritũ imꝑfectũ· p̃teritum ꝑfe
ctũ· & p̃teritũ plusquãꝑfectũ· Et iuste p̃terituꝫ in
tres differẽtias partimur· Nichil em̃ certi⁹ ad noti
ciam nostrã põt veire· ꝙ gesta ꝑ diuersũ tp̃is spa
ciũ p̃teriti· Facile em̃ dinoscit̃ · vtrũ multo an nuꝑ
sint facta an ceperũt q̃dem· necdũ tñ sint ꝑfecta·
Itaqꝫ ẜm qd̃ accidit tp̃⁹ rebus quas agim⁹ · nomẽ
ipi tempi imponim⁹ · Preteritũ imꝑfectũ tempus
noiantes in quo res aliq̃ cepit geri· necdũ tñ est ꝑ
fecta· Preteritũ vero ꝑfectũ illd̃ est in quo res ꝑ
fecta monstrat̃ . Preteritũ plusquãꝑfectũ ẽ in q°
res iam pridem ꝑfecta ostendit̃ Instans aũt indiui
duũ est qd̃ vix stare põt· vñ merito a q̃busdam in
stans imꝑfectũ nomiat̃ · nisi em̃ sit imꝑfectũ in eo
adhuc eẽ act⁹ intelligi nõ põt· Futuꝝ quoqꝫ cũ in
certũ sit & infinitũ. & vtrũ paulopost an multo
erit· nõ potuit discretis q̃busdã finib⁹ declinatõis
vti· itaqꝫ vna voce contentũ fuit·

¶ De modis verboꝝ·

M Odi verboꝝ sunt quĩqꝫ· indiatiu⁹· impa
tiu⁹· optatiu⁹· subiũctiu⁹· & infinitiu⁹
Et ĩdicatiu⁹ q̃dem mod⁹ oĩa habet tẽpa
diuisa· q̃ppe eo modo omĩa q̃ egim⁹ vel agim⁹ vel
acturi sumus· absqꝫ vllo impedimẽto indicamus·
Impatiu⁹ vero p̃sens & futuꝝ naturali q̃dam ne
cessitate videt̃ posse accipe· Ha em̃ imperam⁹ que
vel statim in p̃nti volumus fieri sine aliq̃ dilatõne
vel ĩ futuro· Optatiu⁹ aũt quãuis quoqꝫ ipe videa
tur ad futuꝝ ꝑtinere· Ha em̃ optam⁹ q̃ volum⁹ no
bis· vel in p̃sens· vel in futuꝝ dari· tñ etiam habet
p̃teritũ temp⁹· qꝛ euenit sepe de absentib⁹ & igno
tis reb⁹ p̃cari· vt facta nobis possint in noticiã ve
nire· vt si filio meo rome in p̃senti degente optãs
dicam· vtinã rome fili⁹ meus legisset autores· ꝓpt̃
quos nũc ibi morat̃ Possum⁹ tñ h° vti modo etiã
ostẽdẽtes q̃ optam⁹ non euenisse· vt vtinã nõ iuis
sem ad talẽ locũ· In hoc aũt modo· & in infinitio
tẽpora cõiũcta habẽt latini p̃sens cũ preterito im
ꝑfecto· & p̃teritum ꝑfectũ cũ plusquãꝑfecto ad
imitatõem grecoꝝ· Subiũctiu⁹ cuꝫ apud grecos
cõiũcta habeat tempa· apud nos diuisa habet oĩa
quomõ indicatiu⁹· Infinitiu⁹ mod⁹ ↄiũcta habet
tẽpa· quomodo optatiu⁹· p̃sẽs & p̃teritũ ĩꝑfectũ
p̃teritũ ꝑfectum & plusquãꝑfectũ· quomodo apd̃
grecos· cũ dicim⁹ em̃ legere· signamus rem imꝑfe
ctam q̃ ad p̃sens vel ad p̃teritũ imꝑfectũ attinet·
Cũ vero legisse dicim⁹· rem ꝑfectã demõstramus
q̃ sua est· tã p̃teriti ꝑfecti· ꝙ plusquãꝑfecti· Nota
etiam· ꝙ vim nõis rei ipi⁹ habet verbũ infinitum·
vnde q̃dam nomẽ verbi hoc eẽ dicebant. Dico em̃
bonũ est legere· ac si dicã. bona est lectõ. Itaqꝫ oĩs
modus finit⁹ põt per hũc moduꝫ interp̃tari· vt si
dicam· Lego· q̃d indicaui· legere me· Lege · q̃d im
peraui· legere te· vtinã legerẽ· q̃d optaui· legẽ me·
Cũ legam venio· q̃d iunxi · prius legẽ· post veniẽ
Modi aũt sũt diuerse inclinatõẽs aĩmi· varios ei⁹
affect⁹ demõstrantes. A modo de formatõne p̃teri
ti ꝑfecti videam⁹·

¶ De p̃teritis perfectis p̃mo regule generales·

P Reteriti ꝑfecti multiplices & varie sunt
regule· Itaqꝫ cõmodũ putauim⁹· primo
q̃ ĩ eo sũt generalia dicere· Postea vero
ꝑ singulas sillabas tractare de eo. Omẽ igit̃ prete
rituꝫ ꝑfectũ primã ꝑsonã in i· termiat· vt dicit p̃s·
in· ix· libro· vt amaui· & assũpta sti· facit scd̃am vt
amauisti· T· vero assũpta correpta i· terciaꝫ facit·
vt amauit· Mus· vero assũpta· facit primã pluralẽ
vt amauim⁹ i· tamẽ penul· corri· Secũda ꝑsona plu
ralis a secunda singulari fit addita s· vt amauistis·
Tercia aũt pluralis ex prima singulari nascit̃ i· fina
li ↄuersa ĩ e· ꝓductã· & addita rũt· vel re· vt ama
uerũt vel amauere · cõparuerũt vel cõparuere. Et
nascit̃ hoc q̃dem tẽpus a p̃senti· & vel pares cum
eo habet sillabas· ut iuuo iuui· vel minuit̃ vna silla
ba· ut facio feci· vel vicit vna sillaba· ut oro oraui
curro cucurri· Item omẽ p̃teritũ ꝑfectũ dissillabũ
ꝓducit primã· ut emi. Preter q̃dam de q̃b⁹ supra
dixi in secũda pte· vbi posui regulas ad cognoscẽ
dum accentũ prime sillabe · Item sicut dicit p̃s. ĩ· ix·
li· ubi agit de uerbis secũde cõiugatõis· Obseruãd̃

est in omib⁹ uerbis ꝙ si minuat p̄sentis sillabas p̄
teritum .necessario primā ꝓducit ĩ p̄terito ·siue ꝓ:
ducta siue correpta sit in p̄n̄ti·nisi sincopā patiaꝛ
vt cieo ciui·& p sincopā ciȷ·rideo risi·moueo moui
Ergo lāgueo gui ·liqueo liquui·pares habēt ĩ p̄n̄:
ti & in p̄terito sillabas·corri ·em̄ penultimas p̄teri
ti·Repperi repiui apocopam patiꝛ Scias etiam·ꝙ
forme generales p̄teriti ꝑfecti sunt octo·scȝ in ui
sillabā·in iȷ·vel in ui·diuisas·in xi·& si·& in i.āte:
cedente consonāte q̄ in p̄senti tp̄e ante o·vel eo·vl'
io·inueniꝛ·& q̄ in principio gemiant cōsonantem.
& q̄ ĩ fine·Et ĩ ui·sillabā q̄ttuor ɔiuga·sūt v̄ba q̄
termināt p̄teritū·Prime.ut amo amas amaui·Se
cunde·vt fleo fles fleui·Tercie·ut cupio cupis cu
piui ·Quarte·ut munio munis muniui.In iȷ·vero
tercie & quarte q̄ in ui·sillabā desinētia·itercepta
u·consonāte corripiūt i·penul·vt cupiui cupiȷ·ar
cessiui arcessiȷ ·audiui audiȷ.In ui·diuisas oīm con
iugatōnū verba inueniunꝛ terminantia·Prime·vt
tono tonas tonui·Secunde·ut teneo tenes tenui·
Tercie·vt annuo annuis annui ·Quarte ·ut apio
apis apui·ꝓsilio ꝓsilis prosilui·In si·vero secunde
& tercie & quarte cōiugatōis inueniunꝛ p̄terita·
Secūde·vt ardeo ardes arsi·Tercie·vt ludo ludis
lusi·Quarte·vt haurio hauris hausi·In xi·siliter se
cunde & tercie & quarte inueniūtur p̄terita Secū
de·vt augeo auxi·mulgeo mulxi.scđm antiquos·
sed mulsi ꝭm modernos·Tercie·ut pungo punxi·
Quarte·vt fancio sanxi·I·habēt post consonantē
positā ante o ·vel eo·vel io·p̄sentis tp̄is in oī cōiu
gatōne p̄terita·In prima quidē·vt iuuo iuui In se
cunda·vt prādeo prandi·in tercia·vt bibo bibi.fo
dio fodi·Et in quarta·repio reppi·cōperio compi

De geminatōe p̄teritorū.

Gemināt cōsonantē p̄me q̄dem cōiugatio
nis duo monosillaba·ut do dedi·sto ste
ti·Et ex his ɔposita·vt reddo reddidi·
vendo vēdidi·& resto restiti·hn̄t antepenulꝛ·bre
ues·Secunde vero ɔiugatōis in p̄ncipio repetunt
siue gemiant quedā·& habēt penul·positōe lōgas
sicut & ātepenul·in p̄n̄ti·vt tōdeo totōdi·Tercie
aūt cōingatōis quedā in p̄ncipio repetūt·q̄dam ĩ
fine·In pricipio repetētia si in p̄n̄ti penul·breuem
habuerit·in p̄terito quoqȝ corripiūt eam·vt cado
cecidi·pario peperi·Si lōga sit in p̄senti penulꝛ·
naturaliter in p̄terito quoqȝ ꝓduciꝛ·vt cedo ceci
di·pedo pepedi·Sin positōne sit in p̄n̄ti penul·lō
ga·ē quando seruaꝛ in p̄terito est quādo abiecta
ɔsonāte corripiꝛ·Seruaꝛ i his·posco poposci·par
co pepci·fallo fefelli·tendo tetēdi·pendo pepēdi·
curro cucurri·Abiecta ɔsonāte corripiꝛ in his·dis
co didici·pello pepuli·tango tetigi·pāgo pepigi·
pungo pupigi·tundo tutudi·Et attendendū ē·ꝙ
oīa ea que gemināt principalē sillabā·seruāt nō so
lum consonantē·verūetiā vocalē p̄me sillabe p̄sen
tis tp̄is.tam in p̄ma ꝙ̄ in secunda sillaba·nisi sit a·
ipa eadē in e·ɔuertiꝛ·vt posco poposci·tēdo teten
di·pēdo pepēdi ·disco didici·tundo tutudi.pūgo
pupugi·Excipiꝛ pello pepuli·A·vero in e·ɔuertiꝛ·
vt fallo fefelli·parco pepci·tango tetigo·pāgo pe
pigi·cano cecini·cado cecidi·Et vide·ꝙ si penulꝛ·
p̄sentis longa sit·ea quoqȝ seruat e·vt parco pep
ci·fallo fefelli·Si breuis ē in i·ɔuertiꝛ·vt tetigi·pe
pegi·cecidi·cecini·In hac em̄ ɔiugatōe id ē·tercia
etiā in fine fit repetitō eiusdē sillabe·vbiqȝ penulꝛ·
correpta·ut vendo vendidi·credo credidi·Et sciē
dum·ꝙ vna sillaba abūdat p̄teritū in quo fit repe
tio p̄ncipalis vel finalis·tam in p̄ma ꝙ̄ in tercia cō
iugatōne.nisi i·sit añ o·vt do dedi·sto steti.parco
pepci·credo credidi·cedo cecidi·Pario vero.qꝛ i·
habet ante o ·pares habuit sillabas·tam ĩ p̄senti ꝙ̄
in p̄terito ꝑfecto·pario pepi.Scias etiaȝ·ꝙ nunꝙ̄
pōt gemiari sillaba·nec in p̄ncipio nec in fine in p̄
terito·nisi q̄ a muta incipit·ut tundo tutudi·pen
deo vel pendo pepēdi·disco didici·posco poposci
cedo cecidi·fallo fefelli ꝓdo ꝓdidi·vendo vendi
di·Ex h° apparet t·vim mute obtinere·a q̄ icipiens
gemiata est sillaba·S·ante mutā posita iueniꝛ ñ ge
minari·cū s·amittat vim suā plerūqȝ posita añ mu
tam Vnde nec in secūda sillaba repiꝛ t·vt sto steti
qꝛ s·nō reputaꝛ hic principalis cū sepe liquescat
s·Vnde quasi p̄teritū incipit ab hac muta t·& h°
patet·qꝛ gemiatio est ibi quantū ad t·non q̄ntū ad
s·gemiatur em̄ ibi t·& non s·M·quoqȝ gemiatur
vt mordeo momordi·q̄ loco mute in multis locis
fungiꝛ·nam & āte n·posita ɔmunē facit sillabā·ut
ramnes ramnetis·ita dicit p̄s·ĩ p̄mo li·Si obiȷciaꝛ
de vendo vēdidi·Dico ꝙ hec geminatō hic in fine
est·nō in p̄ncipio·Vnde sillaba q̄ gemināꝛ ibi bene
incipit a muta·scȝ a d·sic pōt solui scđm illos qui
dicūt ꝙ u·& i·posite in p̄ncipio dictōnis ante vo
calē sūt semiuocales·Si aūt velim⁹ dicere .ꝙ sint
mute·tunc cessat obiectō·& hoc credim⁹ verius.
De verbis que gemiant dꝛ·Ter septē verba dic
preterito gemmanda·Spondeo tendo cano pello
posco pario do ·Mordeo cedo cado pedo curro
tondeo fallo·Sto tango pango pungo tūdo quo
qȝ condo·His addas disco·sȝ cetera nulla vl' pau
ca memēto·Et vide ꝙ pedo pedis ꝓducit primam
sed ĩ predictis versib⁹ corripiꝛ·Et nota·ꝙ in opo
sitōe ñ gemināt p̄ocā p̄teritū·nisi q̄dā que notanꝛ
in his versib⁹·Si ɔponāꝛ geminātia non gemināꝛ
Lex erit hec cunctis po·sto·do ·disqȝ·remotis.
Addunt etiā q̄dam.Sic curro cū pre·gemines pū
go quoqȝ cū re.Tamē scđm p̄s.a curro vtroqȝ mō
inueniunꝛ prolata vt d̄curri decucurri vel decurri
Abscondo etiā facit abscondi·vel abscōdidi abscō
sum·vel absconditū·Nota insup ꝙ sicut dicit p̄s·
in p̄mo maioris·In p̄teritis ꝑfectis verboꝝ solent
omēs consonātes modo mutari·mō manere·Exce
ptis quattuor·scȝ·l·p·s·x De h° sup̄ dixi ĩ prima
p̄te in capitulo de b·litera·

De p̄teritis ꝑfectis in speciali.

Quoniā de generalib⁹ p̄teriti ꝑfecti tēpis
verboꝝ formis collectim docuim⁹·Nūc
sep̄atim p singulas ɔiugatōes de variȷs
eiusdem tp̄is sp̄ēbus·cuius difficillima est tracta
tio om̄is verbi questionē disserere conemur·

De preteritis prime ɔiugatōis & supinis.

Prime ɔiugatōis verba a secūda p̄sona in
dicatiui modi q̄ in as·desinit·tā in acti
ua ꝙ̄ in neutrali significatōe·abiecta s·
& addita ui·faciūt preteritū ꝑfectū·ut amo amas
amaui·no nas naui·Excipiunꝛ hec que in ui·diui
sas faciūt preteritū subtracta as·vt domo domas
domui·crepo crepas crepui·frico fricas cui ·mico
micas micui·seco cas·cui·sono sonas nui·tono to
nas nui·neco cas·cui·plico cas·cui·vel plicaui q°
maxīe in ɔpositis dinosciꝛ·Nā cum prepositōe ma
gis p ui·diuisas·cū nomīe vero ɔpositū p aui·ter
minat preteritum ꝑfectum·ut implico cui·replico
replicui·applico cui·cōplico cui·duplico vero du
plicaui·triplico caui·multiplico caui·Inueītur etiā
cū prepositōne in aui·faciēs preteritū·sed in raro

vsu· Cicero rhetoricoꝝ secũdo· Qui in itinere tã
familiariter se applicauit Verbalia tamen femina q̃
ab eo descendunt cũcta retinent a· vt implicatio.
supplicatõ· explicatõ Crepo aũt in ɔpositõe inueĩẽ
facere preteritũ increpui & increpaui Vñ ꝓpheta
Increpasti superbos · Idem· Increpuerunt me re=
nes mei· Dimico etiã dimicaui & dimicui fẽit sup
ple· Cubo quoqʒ cubui facit· a quo ɔposita tã pri=
me ꝙ tercie ɔiugatõnis inueniunẽ· Idem tñ habẽt
p̃teritũ ꝑfectũ· vt incubo incubas incubui· & adie
cta m· incũbo bis· incubui Nexo quoqʒ nexas vel
nexis· vt ꝓbo placet nexui· Virg̃ tamẽ in· v· eneid̃·
Nexantẽ nodis seqʒ in sua mẽbra plicantẽ · Scd̃m
primã cõiugatõem ꝓtulit· Necto nectis tñ eius ẽ
p̃mitm̃· Nam quõ a ꝑticipio amplexus qd̃ ex ver
bo nascitẽ amplector fit verbũ freq̃nta· amplexor
amplexaris· sic a ꝑticipio nexus· qd̃ nascitẽ a verbo
necto· fit frequen· nexo nexas· Vnde maĩfestum ẽ·
ꝙ ratõabilius hoc ꝫm primã cõiugatõnem ꝓtulit
virgili⁹· A necto tamẽ similiter nexui protulerũt
pleriqʒ· Quidã tamẽ etiã necto nexi dicẽtes & ne
xus· vt flecto flexi & flexus· Sup̃dictis addunt q̃
dam neco necaui vel necui· Ideoqʒ ꝑticipiũ p̃teritũ
passiui· & necatus a necaui· & nectus a necui facit
sed ꝓprie necatus ferro· nectus vero alia vi pem=
pt⁹ dicitẽ · Excipiuntẽ p̃terea hec quattuor· sto ste=
ti· do dedi· iuuo iuui· lauo lauas laui qd̃ antiqui ter
cie ɔiugatõnis quoqʒ ꝓferebant lauo lauis lauit. i·
asꝑgo· sed lauo lauas· id ẽ· abluo abluis· A do· quo
qʒ ɔposita & monosillabis p̃positõib⁹ tercie sunt
ɔiugatõis· vt addo addis. trado tradis· ꝓdo ꝓdis
Nam circũdo das· facit· qꝛ circũ dissillabuʒ est· &
magis aduerbiũ ꝙ p̃positõ· Et hoc solũ verbum
p̃me ɔiugatõnis· a· penul· in p̃nti & in p̃terito imꝑ
fecto & in futuro & in ĩfinitio & ꝑticipio p̃teriti
& futuri corripit· dam⁹· datis· daris· datẽ· dabã. da
bo· dare· datus· datur⁹· Et q̃ ex hoc solent fieri· ut
dabimĩ· Da eñ vbiqʒ ante finẽ corripitẽ in hoc ver
bo simplici· vt datur⁹· datũ· dator Virg̃· in primo
eneid̃· O passi grauiora dabit deus hiſ quoqʒ finẽ·
Idẽ in. vj· Cui dat⁹ herebã custos cursusqʒ rege.
bam· A sto quoqʒ ɔposita seruãt quoqʒ duplicatõ
nẽ in p̃terito· vt resto restiti· consto ɔstiti· ꝓsto ꝓ
stiti· Ouidius tñ abstit ꝓ abstitit ꝓtulit in sexto
methamorphse· Alcione lacrimas & q̃ ꝑs admonꝫ
abstit· Absisto eñ & absto abstiti facit · Veto tñ
vt dixi vetui facit· Inueitẽ etiã vetaui· Vnde ĩ acti
bus· xvj· Vetati sũt a spũsãcto· Predicta q̃ faciũt
in ui· diuisas cõtinentẽ in h° versu· ita ꝙ ꝓ qualibʒ
sillaba accipiatẽ vnũ verbũ· & sunt sedecĩ· Cre· do·
do· se· ne· iu· sto· la· mi· ne· co· fri· pli· ve· cu· so· Cõ
posita vero ab his de quib⁹ nõ fit mentõ fere oĩa
faciũt p̃terituʒ sicẽ eoꝝ p̃mitiua· vt adiuuo adiuui

Supinũ vel ꝑticipiale in um· desinẽs· oĩa
prime ɔiugatõis verba q̃ in aui· p̃terituʒ
terminãt ui· in tũ. ɔuertentia faciunt· vt
amaui amatũ· Que vero in ui. diuisas sillabas desi
nunt· si c· ante o· habuerĩt ui· in tũ mutant· vt frico
fricui frictũ· necui nectũ· sed necaui facit necatum
Mico quoqʒ micui mictũ deberet facẽ· sʒ dubita
tionis causa· qꝛ migo quoqʒ mictũ facit in vsu nõ
inuenitẽ· quãuis ab eo verbo cõpositum· dimico di
micaui facit & dimicatum· quãꝙ emico emicui fa
ciat emictũ Plico etiã & plicatũ & plicitũ supinũ
facit· quia & plicaui & plicui habet p̃teritũ Ex eo
igitur ɔposita penul· a· vel i· habẽt in supino· dupli
caui duplicatũ· explicui explicitũ Implicui vel im
plicaui qd̃ in raro vsu ẽ implicitũ vel implicatum·
Vnde lucan⁹ in q̃rto Implicitas magno cesar cor
pore cohortes Salusti⁹ in q̃rto historiaꝝ Implici
te rates ministeria ꝓhibebant Alia vero in ui· diui
sas p̃teritum desinentia ui· in tũ· ɔuertũt in supino
& penul. corripiũt· vt domui domitũ· intonui in
tonitũ· Horatius tamen in epodo· intonata ꝓtulit
scd̃m analogiã ꝓ intonita· vetui vetitũ facit Inueĩ
tur etiã vetatũ· vñ in actibus apostoloꝝ capitulo
xvj· Vetati sũt a spũsancto· Steti vero statũ supi
num· & a dedi datũ· & a similiter corripiũt· & ead̃
a siliter corripitẽ ĩ ɔpositõe· vt circũdatum & pre
statum. vel mutatẽ in i· breuẽ· vt reditũ & p̃stitum
qꝛ ɔposita a sto· varie vetustissimi ꝓtulerũt astitũ
& astatũ· p̃sto prestitũ & p̃statum· u· vero longã
ante tũ· vnũ hʒ iutũ & ab eo ɔpositũ adiutũ Inue
nitur etiã adiuuat⁹ apd̃ antiquos Au· quoqʒ vnũ
lautũ· & ꝫm antiquos lauatũ· Vñ in ecclesiastico·
Quid ꝓdest lauatõ eius· Ouidius ĩ tercio vastoꝝ
Sacra lauaturas mane petebat aquas · ꝫm tamen
modernos in vsu cõi est laui lotuʒ Poto tas· facit
potatũ & ꝑ sincopã potũ Sciẽd̃ aũt· ꝙ ĩ um· desi
nens supinũ accepto verbo infinito qd̃ est ire fa
cit infinitũ futurũ· vt oratũ ire· dormitum ire Fre
quenter tamẽ antiquissimi neutrali ꝑticipio futuri
addebant esse & infinitũ futuri signabant· vt ora
turũ esse ꝓ oratũ ire dicẽtes & facturuʒ esse ꝓ fa
ctum ire Item scias ꝙ nullũ verbuʒ p̃me ɔiugatio
onis facit supinũ ĩ sum· Nota etiam ꝙ supinũ bis
sillabũ ꝓducit primã· p̃ter quedã de q̃bus sup̃ dixi
in secũda ꝑte· vbi egi de regulis valentibus ad co
gnoscendũ prime sillabe accentũ

¶ De p̃teritis secũde ɔiugatõnis & supinis

Secunda ɔiugatõ in eo· desinit et ea termi
natio ꝓpria est secũde ɔiugatõnis Exce
ptis paucis prime ɔiugatõnis & quarte
duob⁹· vt eo is· queo quis Et q̃ ex his ɔponuntẽ· ut
adeo redeo pereo veneo nequeo In eo i· ãntecedẽte
vnũ inueitẽ· vt cieo cies· vnde virg̃· in primo eneid̃
Bella cient prima q̃ vetant ɔsistere terra Inueĩtur
tñ cio cis in io delinẽs quarte ɔiugatõis· Lucanus
in secũdo· Nunc vrbes excite feras. date gentibus
arma Preteritũ eius tam ĩ ui· ꝙ in ij· desinit· vt ci
ui vel cij· Hic attẽde ꝙ verba secũde ɔiugatõis de
sinẽtia in eo· antecedẽte vocali· faciũt p̃teritũ eo·
mutata in ui· sillabã· et supinũ mutata ui· in tũ· vt
cieo ciui citũ penul· corꝛ· ĩ supino secũde ɔiugatio
nis· In supino vero q̃rte ꝓducitẽ· Vnde cito citas
frequẽ· eius cũ omĩb⁹ suis cõpositis corripit penl'·
& ꝓducit· vt excito vel excito· p̃ter solicito. recito
suscito· & oscito que corripiũt tm̃ ci · De p̃dicta
regula excipitẽ vieo· id ẽ· ligo qd̃ est defectiuũ· &
non habet p̃teritũ nec supinũ · Tueor deponẽs fa
cit tutus· Sed q̃ñ est tercie tuor tueris facit tuit⁹
Inde intuit⁹· V loco cõsonãtis ante eo· habentia
eo in i· cõuersa faciũt p̃teritũ & ꝓducũt penul· ne
cessario cũ p̃teritũ minuatẽ a p̃senti· vt moueo mo
ui· caueo caui· & supina faciũt mutata ui· in tum·
vt moui motũ· foui fotuʒ Preter caueo caui qd̃ fa
cit cautũ ad differentiã hui⁹ nõis cat⁹ cati catum·
Et faueo faues faui fautũ ad differentiã hui⁹ nõis
fatum Et p̃ter ɔniueo qd̃ facit cõniui vel ɔnixi cõ
nixum· sʒ istõ supinũ non ẽ in vsu Coniuio scd̃m
terciam ɔiugatõem etiã ꝓtulerũt veteres Caluus
etiã cõniuere infinitm̃ ꝫm terciã cõiugatõem corꝛ·
penul· ꝓtulit Cũ grauis ingenti cõniuere pupula
somno· id est· pupilla Vnde cõniueo tam in ui· ꝙ

in xi· p̄teritū habuit Ferueo quoq̨ etiā feruo inueni
tur ·ab vtroq̨ tamen p̄teritū ferui dicit̄ · a ferueo
Virg· in p̲rimo eneid· Feruet opus redolentq̨ thi
mo fragrantia mella· Idem in· viij ·a feruo· Ferue=
re leucaten auroq̨ effluere fluct9 ·sed nunc tātū
vtimur in secūda cōiugatōne· vnde feruesco scis·
Dicit̄ tamē etiam p b ·ferbeo ex quo ferbui· vnde
etiam ferbesco· Nec solū ea diuersarū cōiugatōnū
verba inueniunt̄· sed multa p̄ter ea · vt strideo stri
des · & strido stridis· Fulgeo fulges · & fulgo ful=
gis · Denseo denses· & dēso densas · Oleo oles· olo
olis · Et p̄ter neutra eiusdem termiatōis q̄ carent
supinis · vt paueo paui ·ferueo ferui ·limeo limi · In=
ueniunt̄ aūt autores qui q̄nq̨ in p̄terito p̄me con
iugatōnis in ui ·sillabā termināte· faciunt ī secūda
p̲sona tam singularis ꝙ pluralis· & in tercia plura
lis in unt· desinēte p̲sona penultime sincopā sillabe
sic etiā in secūda cōiugatōe ·q̄ndo p̄teritū in ui · sil
labam desinit · vt admorūt ꝓ admouerunt· & sum
mosses ꝓ sūmouisses· Item generaliter in oī coniu
gatōne q̄ndo p̄teritū facit in ui· supinū facit in tū·
mutato ui ·in tum· vt amaui amatū· adiuui adiutū
foui fotum· fleui fletū· cupiui cupitū · accersiui ac
cersitum. audiui auditū· Excipiunt̄ laui lautū pro
quo nunc dicim9 lotū· caui cautū ·faui fautū que
differentie causa ꝓ a· longa au · dyptongū habue
runt ꝓpter latū· catum· fatū q̄ alias hn̄t sig̃ficatōes

De desinētibus in deo·

IN deo· exeuntia lōga vocali naturaliter antecedē
te · vel ar· sillaba deo· in si· cōuersa faciūt p̄teritum
p̲fectum· vt suadeo suasi· rideo risi ·ardeo arsi· Pre
ter strideo strides · & strido dis· q2 est tercie vel se
cunde ↄiugatōis ·& facit stridi in p̄terito p̲fecto.
& caret supinis· & ꝓducit i. tam in p̄nti ꝙ in p̄te
rito. vt strido· vel strideo stridi· Lucanus in sexto
Auribus incertū feralis strideat vmbra· Tedꝫ aūt
accipit p̲tesū est· E· vero vel i· breuib9 āte deo ·po
sitis ꝓducunt easdē vocales· & eo ·in i ·mutata ·fa
ciunt p̄teritū ·sedeo sedi · Et ex eo cōposita ·īsideo
insedi· subsideo subsedi· video vidi· inuideo inuidi
Et notandū· ꝙ a sedeo cōposita· quāuis in p̄nti e· ī
i· cōuertant in p̄terito· tamē eandē e· ꝓd· seruāt· ut
possideo possedi · Nā e· longa q̄ est in p̄terito · nun
ꝙ mutat̄· vt inficio infeci· eligo elegi · Si aūt p̄ma
sillaba ī deo · termiatoꝝ post mutā aliquā vel m · se
miuocalē e vel o ·correptas habuerint · in aliquam
liquidā desinētes duplicat̄ ·sic tn̄ vt priori gemina
torū extrema consonās subtrahat̄ · & sic eo · in i ·
cōuersa fit p̄teritū p̲fectum· vt pendeo pependi·
tondeo totondi ·mordeo momordi· spondeo spo
pondi · A quo etiā s ·ī secunda demit̄ sillaba eupho
nie causa · & dicit̄ spopondi · In cōpositōne tamen
hec eadē verba nō gemināt supradictā sillabā · vt
respondeo respōdi ·dependeo depēdi · demordeo
demordi· detondeo detondi · Vetustissimi tn̄ etiā
detotondi ꝓtulerūt· Ennius in annalib9 · Et deto
tōdit 'agros letos atq̨ opida cepit · Excipiuntur
quedā que in cōpositōe gemiant p̄teritū· de quib9
sup̄ dixi in regulis generalib9 siue formis p̄terito
rum. Au· ante deo · habētia p participiū in p̄terito
declinant̄ nūc vt audeo ausus sū· gaudeo gauisus
sum· Vetustissimi tamē & ausi ꝓ ausus sū · & gau
si ꝓ gauisus sum· ꝓtulerūt· In hoc verbo audeo et̄
illud aniuertendū est · ꝙ ausim ausis ausit· ꝓ subiū
ctiuo audeam audeas audeat inuenim9 · Virgilius
in quarto geor· Ausim vel tenui vitē omittere sul
co· Ouid in ·vj ·metha· Et nichil ē qđ non inopino
captus amore Ausit nec cupiūt inclusas pectora
flamas · Omīa aūt supdicta verba in deo ·exeuntia
deo in sum· cōuertētia faciūt supina · vt rideo risū
ardeo arsum ·video visū · mordeo morsum respō
deo responsum audeo ausum · Gaudeo vero etiā
i· post u ·assumpsit euphonie causa Gauisum em̄
facit· Sedeo p̄terea gemiauit s· vt sedeo sessum
& fortasse differētie cā· ne si sesum diceret̄· due eē
partes viderent̄· Alia vero omīa in deo · desinētia
de quib9 non habuim9 in ui· diuisas ꝓferūt p̄teri
tum · vt candeo cādui ·strideo stridui · & eo · muta
ta in ui ·diuisas faciūt p̄teritum · Et mutatōe eo · ī
i · & assumptōne tū · debent fieri supina · vt cādirū
striditū · Rarissime tamē ab omib9 neutris secūde
cōiugatōnis · que in ui· diuisas faciūt p̄teritū · inue
nitur huiuscemōi supinū vel participiū futuri tem
poris· vt caleo calui· tepeo tepui· palleo pallui · Si
qua tamē inueniāt̄ i· breuē ante tum ·habent · Hoc
tamē attēde. ꝙ s̄m vsum modernoꝝ inueniuntur
ex neutris in ui· diuisas desinētibus hec habere su
pina q̄ hic continent̄ in hoc versu· ita ꝙ ꝓ qualibꝫ
sillaba accipiat̄ vnuꝫ verbū · Pla· ta· no· pa. la. me·
sunt o· li · va · ca · do· Et formāt supina a p̄senti eo·
mutata in i· breuem· & assūpta tum· vt placeo ces·
placui placitum · taceo ces ·cui ·tacitum· noceo ces
nocui nocitum · pateo pates patui passum . lateo
lates tui ·latitum· Inde latito latitas· mereo meres
merui meritū · Mereo aūt · i· fleo nō habꝫ preteri
tum nec supinū · Omē em̄ verbum qđ carꝫ p̄terito
carꝫ etiam supino · & p̲ticipio p̄teriti tempis & fu
turi in rus· sed non cōuertit̄· Illa em̄ ex eis · nō ista
ex illis nascunt̄ · Item oleo oles olui olitū· & oleui
oletum · Careo cares carui cassū · Libeo libes libui
libitum · valeo les· lui · valitum· doleo les ·lui · doli
tum· Attineo aūt & pertineo nes ·habēt supina si
cut suum primitiū. vt attentū & pertentū· Leo nō
est in vsu in simplicitate· sic̄ nec pleo Item prādeo
excipit̄. quia non facit in ui ·sed in di· vt prandeo·
eo· in i· cōuersa prandi· Id tamē in sū ·facit supinū
quomō supiora · vt pransū· Qđ tamen quāuis neu
trū sit· habet participiū p̄teriti p̲ticipij .prāsus sic̄
quedā alia neutra· vt ceno cenatus· iuro iurat9 · ca
reo cassus· qđ & nomē est· pateo passus . titubo ti
tubatus· placeo placit9 · mereo meritus. quiesco q̄e
tus· suesco suetus · Cepi aūt ceptus facit · verbum
defectiuū. Nubo nupt9 · A neutropassiuis quiq̨
sunt · Gaudeo gauisus· audeo ausus· soleo solitus.
& solui· scd̄ꝫ salustiū · fio fact9 · fido fisus· vetustis
simi tamē & ab alijs plurimis neutris inueniunt̄ ꝓ
tulisse participia p̄terti tēpis que nūc in vsu n̄ sūt
Hic attende· ꝙ sic̄ dicit hug̃· pransus· & hmōi p̄te
rita neutroꝝ accipiunt̄ actiue & passiue· Et etiam
scd̄m p̄s ·actiue· vt pransus· id ē· qui prādet · & tūc
descendit a prandeo · Item accipit̄ passiue pransus
id est· cōmestus. & tunc descendit a passiuo huius
verbi · qđ inuenit̄ in tercia p̲sona· scꝫ prandet̄ pran
debatur pransus est vel fuit· Quidā aūt dicunt· ꝙ
hmōi p̲ticipia in p̄ma & secūda p̲sona signāt actio
nem· vt sum cenat9 piscem · tu es cenatus piscē sic̄
cenaui & cenasti piscē· In tercia aūt p̲sona signifi
cant actionē & passionē · vt petrus cenatus est pi
scem · id ē· cenauit piscē · & piscis cenat9 ē a petro
sicut piscis cenat̄ a petro dicit̄ · vide in iurat9 · Itē
scias· ꝙ medeor mederis carꝫ p̄terito· pro quo di
cimus medicatus sū·

De desinētibus ī geo

IN geo· desinētia l· vel r · antecedētib9 geo · in si · cō
uersa faciūt p̄teritū p̲fectum· vt indulgeo indulsi

algeo alsi·turgeo tursi.tergeo tersi·& tergo tersi·
quod et probus et carisius et cellus et dyomedes
cõprobãt·& ipe oib⁹ validioꝛ vsus·Mulgeo etiaꝫ
facit mulsi·quãuis differentie cã·quidã etiã mulxi
ꝯtulerũt·qꝛ mulceo quoqꝫ mulsi facit·Sillaba ve
ro naturaliter longa ante geo·posita·mutãt geo·
ĩ xi.& faciũt ꝑteritũ ꝑfectuꝫ·vt lugeo luxi·augeo
auxi·frigeo frixi·Alia vero oĩa ĩ geo·desinẽtia eo·
in ui·diuisas mutant in ꝑterito·vt egeo egui·ri=
geo rigui·vigeo vigui·

¶De supinis in sum vel in tum·

Supina quedã in si·ꝑteritum terminãtia
i·in um·cõuertentia faciũt·siue secunde
siue tercie sint cõiugatõis·Nam quarte
in tum·faciunt supina·vt indulsi indulsũ vel ĩdul
tũ·& mulceo mulsi mulsũ & mulctũ·toꝛqueo toꝛ
si toꝛsum & toꝛtum·Itaqꝫ tortoꝛes & toꝛsores di
cunť Fulgeo fulsi fulsũ·algeo alsi alsum·ardeo ar
si arsũ·ludo lusi lusũ.mulgeo mulsi mulsũ & mul=
ctum Salusti⁹ ĩ quarto historiarũ·Deinde lenita
iam ira postero die liberalibus veꝛbis ꝑmulcti sũt
Tergo tersi tersum Excipiunť vero vssi vstum·
geꝛo gessi gestum facientia supina·In xi·vero ꝑ=
ferentia ꝑteritũ perfectũ cuiuscũqꝫ sint cõiugatio
nis xi·in ctum·cõuertẽtia faciũt supinũ·vt luxi lu
ctum·auxi auctũ·frixi frictum.struxi structũ·fin
xi fictũ·pinxi pictũ·strinxi strictũ & mixi mictũ
euphonie causa n·in supino abijciũt·quãuis & vin
xi victũ·& tinxi tinctũ·& pupugi & punxi pun=
ctum·& sanxi sanctũ·seruauerũt in supino quoqꝫ
n·Vnde veꝛsus In xi ꝑterita ꝓ ctum fecere supina
Excipiunť flexi & fluxi·que ĩ supino quoqꝫ serua
uerũt x·vt flexuꝫ fluxũ.quãuis vetustissimi & flu
ctus pro flux⁹·& fluctur⁹ ꝓ fluxurus soliti sunt
dicere Vnde & fluct⁹ est ipe mot⁹ aquarũ.Hic
etiam attẽde ꝙ figo facit fixi fixũ·cõniueo conniui
vel cõnixi connixũ vel cõnictũ·sed cõnixũ ñ ẽ ĩ fre
quẽti vsu Pecto pectis pexui vel pexi pexũ vľ pe
ctũ·Necto nexui vľ nexi nexũ qđ etiam faceꝛꝫ ne
ctum·nisi eẽt differẽtia h⁹ verbi neco necas necui
nectũ Plecto plectis plexi plectũ ãtiq̃ dicebant·
Nũc aũt plectoꝛ & amplectoꝛ dicim⁹ cõe cuꝫ suis
cõpositis·Itẽ frigio gis·facit frixi frixũ vel frictũ
Frigeo ges aũt facit frigui & caret supino ẜm vsũ
Fluxi aũt vt tactũ est fluctũ vel fluxum facit·In
gui·vero faciẽtia ꝑteritũ q̃ neutralia sũt nõ habẽt
in vsu supina·vt egeo egui·rigeo rigui Debẽt aũt
ẜm analogiã in itũ·facere sicut alia neutralia secũ
de cõiugatõis que mutãt eo·in ui·diuisas sic supe
rius dictũ est ¶De desinentib⁹ in queo

IN queo desinẽs vnũ inueniť secũde ꝯiu
i gatõnis in si·terminans ꝑteritũ·scꝫ toꝛ
queo toꝛsi·& ex eo cõposita distoꝛqueo
distoꝛsi.extoꝛqueo extoꝛsi Deliqueo aũt facit deli
quui·Ouidius meth·viij·Deliquuit stagnum que
suo de nomĩe fecit Et habet pares sillabas in ꝑñti
& in ꝑterito sicut lãgueo langui Liceo etiã licui fa
cit·Supina scđm pauloãte expositam regulã in sũ·
ꝓferunť toꝛsũ distoꝛsum·cõtoꝛsũ extoꝛsũ Inueniũ
tur tamẽ etiam in tũ·& frequẽtius·facit ergo tor
queo toꝛsi toꝛsũ & toꝛtum cũ omib⁹ suis cõpositis
sed frequẽti⁹ in tum·vt toꝛtũ distoꝛtũ extoꝛtũ·

¶De desinentib⁹ in leo

LN leo desinẽtia si ante l.aliam consonatẽ habuerint
cõiũctam ei in eadẽ sillaba·& a pleo vel leo cõpo
sita ꝑ ui·sillabã faciũt ꝑteritũ ꝑfectum o·mutata ĩ
ui·vt impleo plеui·suppleo pleui cui⁹ simplex ver
bum non legi Fleo fles fleui·oleo oles oleui·ado
leo adoleui.exoleo exoleui.deleo deleui·rleo leui
quãuis oleo oleui & olui faciat·& similiter redo
leo redolui & redoleui·qꝛ non mutãt significatõeꝫ
Varro etiã adoluit ꝓtulit ĩ libro tercio rhetoꝛico
rum Postꝙ̃ adoleuerit hec iuuentus·Virğ·in·xj.
adoleuit dixit Mox vt matuã adoleuerit etas Pas
siui quoqꝫ ꝑticipiũ adult⁹ ꝓ adolitus ꝓlatum est
Obsoleo quoqꝫ obsoleui facit·non em̃ a soleo·quia
ẜm salustiũ facit ꝑteritum ꝑfectum solitus sũ·vel
solui.Sed ab obs & oleo cõponiť sicut obscenus·
ab obs & cano vel ceno Exoleo quoqꝫ exoleui fa
cit.Vnde exolet⁹ ta tũ·Plaut⁹ Domi reliq̃ exole
tam virginẽ·id est·grandẽ q̃ exoleuerat·Aboleo
vero velut redoleo & aboleui & abolui facit ꝑte
ritum Vñ & aboletũ & abolitũ & abolitio diciť·
A deleo aũt cui⁹ simplex est leo in vsu nõ est dele
tuꝫ·a delino delitũ nasciť·qđ & pꝛob⁹ & caper cõ
pꝛobant vsu quoqꝫ adiuuante

Supina quoqꝫ ẜm sup̃ dictam regulam in
ui·sillabã ꝑteritũ terminantia faciũt·mu
tant em̃ ui·in tũ·vt cõpleui completum
aboleui aboletũ abolui abolitũ Deletum a deleo·
Vñ & letum ipa res q̃ delet vitam.scꝫ moꝛs quasi
a leo simplici ẜm qđ in vsu non ẽ profeꝛť Hic at
tẽdendum ꝙ oleo facit oleui·& scđm hoc oletum
facit supinũ·& facit etiam olui ꝑteritum·& scđm
h° olitũ facit supinũ·& vtrũqꝫ ꝑteritũ & supinũ
retinet cũ omnib⁹ suis compositis·vt redoleo re
doleui vel redolui redoletũ vel redolitum·abolui
vel aboleui aboletũ vľ abolitum·cum vno tm̃ sinco
patur·vt adultũ pro adolitũ Vñ adultus ꝑticipiũ
pro adolit⁹ Quidã tam̃ dicũt ꝙ qñ adoleo signat
crescere tũc facit adoleui & adultũ·sꝫ q̃ndo signat
cremare facit adolui adolitũ Sed vt tactũ est ꝓ·
pꝛobat ꝙ ĩ vtraqꝫ significatõe habet vtrunqꝫ·scꝫ
adolitũ & adultum adoleui & adolui·& h° teneas
Alia vero omĩa verba in leo·desinẽtia eo·in ui·di
uisas trãsferẽtia faciunt ꝑteritũ·vt doleo dolui·ca
leo calui·palleo pallui·excelleo lui qđ etiam excel
lo inueniť

ALia quoqꝫ secunde coniu=
gatõnis verba quacũqꝫ consonãte añ eo
posita·eo in ui·diuisas cõuertẽtia faciũt
ꝑteritũ ꝑfectũ·vt habeo habui·rubeo rubui·arceo
arcui·taceo tacui.caneo canui·tepeo tepui pareo
parui·careo carui·cẽseo cẽsui·pateo patui·liqueo
liquui·ex quo liq̃sco inchoatiũ·Liceo quoqꝫ licui
facit·Excipiunť hec iubeo iussi·soꝛbeo vľ etiam soꝛ
bo.vt probo placꝫ soꝛpsi vľ soꝛbui facit Lucan⁹ in
q̃rto·Absoꝛpsit penit⁹ rupes & tecta feraꝝ·Cice
ro ꝓ murena.Difficultatẽ exoꝛbuit Mulceo mulsi
& etiã mulgeo facit mulsi scđm modernos·Olim
tamẽ mulxi dicebatur·Maneo mansi·neo neui·he
reo hesi·luceo luxi·polluceo polluxi·Composita ꝑ
dictoꝛũ etiam excipiunť·ꝑť emineo & immineo q̃
faciunt in ui·diuisas ¶De carẽtia supinoꝛũ

Supina in ui·q̃dam diuisas faciẽtia ꝑteri
tum neutralia·deficiũt in freq̃nti vsu·vt
canui stupui tepui hoꝛrui parui egui·
Deficit etiam metui timui·Nam a carui vidꝛ vľ ca
ritum vľ cassũ posse dici·quia futuri tẽpoꝛis parti
cipium caritur⁹ & ꝑteriti cassus inueniť·Quedaꝫ
tamẽ habẽt supina ex ꝑdictis neutris ĩ ui·diuisas
desinẽtibus vt dixi supra vbi determinatuꝫ ẽ đ de
sinẽtibus in deo·Actiua em̃ pleruncqꝫ in ui.diuisas
vocales in i·coꝛř.conuertẽtia assumunt tũ·vt ha
beo habui habitum.inhibeo inhibui inhibitũ·ꝓbeo

p̄bui p̄bitum· moneo monui monitũ· Pauca autez
ui· diuisas in tum· cõertunt· nisi consonantiũ natu
ra ꝓhibeat· vt teneo tenes tenui tentũ· doceo do-
ces docui doctũ· Censeo vero censui censũ· quia ĩ
simplici dictõne n· añcedente s· t· siue r· sequi non
possunt· In cõpositis aũt possunt· vt cõsto cõstas
insto instas. Iussi vero & mãsi & mulsi & hesi ꝯm
ꝓnunciatam regulã ĩ si ꝓferentiũ p̄teritũ i. ĩ um·
cõuertentia faciunt supinũ· vt iussi iussum· mulceo
mulsi mulsũ· mansi mansũ· hesi hesũ· a sorbui sorbi-
tum· a sorpsi vero sorptũ debet fieri supinũ· vt ab
habui habitũ· & a scripsi scriptũ· quoꝝ neutruz ad
huc in vsu inueni· id est· nec sorbitum nec sorptũ
ita dicit pristianus· Tamẽ in theologia vsualiter
cõpositũ inueniť· scz absorptũ· Vñ ꝓpheta· Absor
pti sunt iuncti petre iudices eorũ· a luceo quoqz
luctum· & a polluxi polluctũ exigit ratõ in xi· ter
minãtis p̄teriti· sed autoritas deficit· Neui quoqz
in ui· sillabã terminantiũ seruat regulam in supino
cõuertẽs ui. in tũ· vt neui tum· Hic attende· ꝙ
torreo facit torrui tostũ· & etiam torritũ inueniť
Misceo miscui mixtũ· Misereor aũt deponẽs facit
misertus sum· Et miseret impsonale· misertum est
Et reor ratus sum·

De preteritis & supinis tercie coniugatõnis·

IN pricipio tercie cõiugatõnis· p̄mo po
test queri de his trib? verbis· aio. inquio
meio· cuius cõiugatõis sint· Ad hoc di-
co· ꝙ aio est quarte cõiugatõis· qꝛ impatiu? termi-
natur in i·. Vñ nenius· An nata ẽ spõsa p̄gnãs· vł
ai· vel nega· Item ꝓducit secundã psonã pñtis idi
catiui modi ais. Desinit vero in i· ꝓductã impati
uus· Licet psius videať eam corripe· vt dicit magi
ster bñ· Et est semp in hᵒ verbo i· duplex ꝯsonãs
sequẽte vocali· ut aio aiunt· sed sequẽte cõsonante
vocalis est· vt ait· Est aũt aio defectiuũ· qꝛ non in
ueniť totũ ĩ vsu· Vñ dicit p̄s· in· x· li· vbi agit de p̄
teritis quarte cõiugatõnis· Aio cui? declinatõ in
vsu frequenti nõ est· quarte cõiugatõis eẽ ostẽdiť
ab impatiuo in i· terminãte· Et notandũ ẽ in hᵒ
verbo ꝙ pares habent sillabas tres psone· scz aio
ais ait· qđ in alio hmõi cõiugatõis verbo nõ inue
nies· qꝛ oĩa in io· desinẽtia tercie vel quarte coniu
gatõnis vna sillaba miores habẽt p̄ma psona secũ
dam & terciã· vt facio facis· & audio audis· Sed ĩ
hoc verbo p̄me psone penul· positõne ꝓduciť aio·
Secunde vero & tercie penul· corripiť· & sic qđ a
misit p̄ma psona aio in sillabis recupat in tẽporib?
& sola p̄ma psona i· habet loco cõsonãtis· Vñ ter
cia psona pluralis aiunt· q̃ solet a prima fieri· simi
liter i· consonantẽ habẽs ꝓdu· penul· Inuenimus
tñ terciam psonam p̄teriti ait· quasi a prima psona
ai aisti ait· que in vsu nõ sunt· Vnde neqz p̄teriti p
fecti· neqz plusquãpfecti· neqz futuri subiunctiui ĩ
hoc verbo declinatõ inuenitur· Potest igitur etiã
ait p̄sens p p̄terito accipi· Inquio scđm vsũ defe
ctiuum est· & tercie cõiugatõis· Vnde versus.
Tercia vult inqt· quartaqz sumit ait· & scribiť in
quit & ait p t qꝛ nullum verbũ desinit in d· Et di
cit pris· in· x· li· quasi in pricipio· Qꝛ in io· antece
dente· u· vnũ inuenio inquio· qđ pleriqz artiũ scri
ptores in vsu nõ esse putãt. sed inueniť apđ auto
res inquio· inquis· inquit· iquiũt. inquisti· inquiat
Ex quo apparet ꝯm analogiã futuꝝ eius inquiã de
bere dici· Terenti? quoqz impatm̃ eius inque· ꝓtu
lit in phormione· Tũ aũt antiphonẽ video ab sese
amittere inuitũ· eã inque Ergo ꝯm analogiam ter

cie cõiugatõis ĩueniť tota declinatio fere verbi h?
Supinũ vero ab eo nõ inueni· neqz que solẽt ab eo
nasci· Meio aũt ẽ tercie cõiugatõis & defectiuum
vnde dicit p̄s· E· añcedente io· vnũ inuenio tercie
ꝯiugatõnis meio· in quo siliter i· loco cõsonãtis ẽ·
vt meio. Et vt dicit hug· hoc verbũ in p̄terito pfe
cto & plusquãpfecto oĩno deficit· & etiã p conse
quẽs in his q̃ ab istis veniunt· & deriuať a mingo
migis. Et scias· ꝙ meio· habet i· consonãs per
totũ· vñ oportet· ꝙ in secũda psona & in q̃busdã
alijs sit i· ꝯsonãs an vocalẽ & ẽ ꝯfectiñ defiť vt diť
magister bñ· In cio· antecedẽte a· breui. mutãt eã ĩ
e· ꝓductã· & abiecta o· ꝓdu· p i· faciunt p̄teritũ p
fectũ· vt facio feci· iacio ieci· Ex his cõposita cũ p̄
positione. quãuis in p̄senti mutãt a· in i· tamẽ p̄te
riti regulam seruãt q̃ est in simplicib?· ut efficio ef
feci· ꝓficio profeci· Ideo dixi cũ p̄positõne cõposi
ta mutare a· in i· qꝛ si cũ alia pte cõponanť seruãt
a· vt calefacio calefeci· stupefacio stupefeci· treme
facio tremefeci· tepefacio tepefeci· Abijcio quoqz
abieci facit· cõijcio cõieci· inijcio inieci· ꝓijcio ꝓieci
Inueniť tamẽ simplex icio icis· tam penul· lõga ꝙ̃
breui· facit sup̊· ĩ ctũ· ut ictũ· sz nõ est ĩ vsu· nisi p
ticipium p̄teriti tpis ictus· Alia vero i· ante cio· ha
bentia eandẽ in e· cõuertũt· & cio· in xi· vt aspicio
aspexi· ꝯspicio cõspexi· ex con· & specio cis· qđ nõ
est ĩ vsu· Illicio illexi· pellicio pellexi· Inueniť etiã
allicio allexi· Inuenitur etiam ꝯm antiquos allicui·
Excipiť tamẽ elicio elicui· & puto ideo· ne si elexi
dicerem?. necessario pticipiũ electus fieret· et eẽt
et dubitatõ significatõis· Itez specio spexi· et licio
lexi· que nõ sunt in vsu· nisi in cõpositõe

SVpina ex illis quidem que habent a· an
te cio· fiũt a p̄senti io· ꝯuersa in ctum·
vt facio factũ· iacio iactum· In omĩ eñ
verbo siue in penul· siue in añpenul· sit a· a· seruať
in supino· quãuis muteť in p̄terito pfecto· ut facio
feci fcm̃· capio cepi captũ· cado cecidi casũ· Et ex
his ꝯposita q̃ in p̄senti mutant a· in i· vt facio· infi
cio· capio· incipio· in supino a· in e· ꝯuertũt· vt fa
ctum infectũ· captũ inceptum· Alia vero que ꝯpo
nunť a verbis in go· desinẽtibus· quãuis mutãt a· ĩ
i· in p̄senti tamẽ in supino immutabilẽ seruãt eam
vt ago exigo exactũ· frango infringo infractum·
tango ꝯtingo contactũ· pango impigo impactũ·
Que vero in xi· terminãt p̄teritũ xi· in ctũ. conuer
tunt· & faciũt supinũ ut supra dictũ est· vt aspi
cio aspexi aspectũ· illicio illexi illectũ· Elicio vero
elicui elicitũ facit· De desinẽtibus in dio·

IN dio· desinẽs vnũ inuenio· fodio fodi· et ex eo cõ
posita· pfodio di· effodio di· qđ penul· p̄teriti ꝓđ·
necessario scđm p̄dictã regulaz quã ostendimus·
Qꝛ si minuanť p̄sentis sillabe in p̄terito ꝓdu· penł·
nisi per sincopã vel apocopã ꝓferatur· vt cieo cij·
repio repperi p repperiui· et faciunt p̄dicta in dio·
desinẽtia p̄teritũ subtracta o· a prima psona p̄sen
tis· ut fodio fodi·

SVpinũ facit in sum· gemĩata s· vt fodio
fossum· Omĩa eñ verba q̃ in di· faciunt
p̄teritũ pfectum in sũ· faciunt supinum
vt prãdi pransũ· tetendi tensũ· sedi sessũ· Excepto
dedi· qꝛ prime ẽ cõiugatõnis· que p̄ma coniugatio
nunꝙ̃ in sum· facit supinũ· Et ex eo ꝯpositis que ĩ
terciam transeũt cõiugatõez· & a· penul· simplicis
supini in i· conuertũt· vt do dedi datũ· perdo pdi
di pditum· vendo vendidi venditũ· credo credidi
creditũ· condo cõdidi conditũ· Odi autẽ verbum

defectiuū· oli faciebat osū ·a quo descēdit hic osor osoris & exos⁹ & posus Odio vero est quarte cō iugatōnis & facit odiui p̄teritū· Propheta· Cum his q̄ oderunt pacem eram pacific⁹ · Item idē Odi ui ecclesiam malignantium·

De desinentibus in dior·

IN dior quoqȝ deponentia in sū· faciunt supinū· vt ingredior ingressum· ordeor orsum · Inde orsus· quāuis sit quarte cōiugatōnis·

De desinentibus in gio·

IN gio· similiter ꝓdu· penul· & ablata o· extrema faciunt p̄teritū pfectum· vt fugio fugi· refugio refugi. supinū o. in tum· cōuertit. ut fugio fugitū· confugio confugitum penul· correpta·

De desinētibus in pio

IN pio· cā. antecedēte mutata a· ī e· ꝓductā & abiecta o· productaqȝ i · faciunt p̄teritū pfectum · vt capio cepi· Ab eo cōposita in pn̄ti q̄dem mutāt a· correptā simplicis in i· breuē· p̄teritū vero integꝝ manet · ut incipio incepi· suscipio suscepi· Supinū tam ei⁹ q̄ꝙ oīm in pi· vel psi· vel mi· terminantium p̄teritū pfectū ꝓfertur p ptuȝ· vt cepi captū· icepi inceptū· concepi conceptū . Olim em̄ cipio fuit in vsu· a quo nichilomin⁹ cepi cept⁹ defectm̄· Itē rupi ruptū. scalpsi scalptū· compsi comptū· ꝓmpsi ꝓmptū· dēpsi demptū· emi emptū· ademi adēptuȝ Rapui quoqȝ raptū facit. sil'iter & ex eo cōposita· corripui correptū. arripui arreptū· Cu· vero ante pio habētia o· in ui· sillabā conuertūt & ꝓdu· pnl'· ī p̄terito · ut cupio cupiui vel cupij Et ex eo ꝯposita· cōcupio ꝯcupiui vl' ꝯcupij Vetustissimi aūt & etiā ꝭm quartā ꝯiugatōeȝ solebāt ꝓferre h° verbū Lucreci⁹ · Effringere ut arta nature priam⁹ terrarū claustra cupiret · In ui. diuisas faciens p̄terituȝ vnū inuenio supdicte termiatōis · rapio rapui · Et ex eo cōposita· eripio eripui· surripio surripui · Nā surpui p sincopā ri· ꝓtulerūt quidā poetaꝝ· Vnde horati⁹ ī· iiij· carminum. Que me surpuerat Sapio tam sapiui vel sapij q̄ꝙ sapui ꝓtulisse autores inueniunt̄ Supinū autē a cupiui & sapiui scd̄m supdictam analogiā mutata ui· in tū· vt cupituȝ & sapitum facit penul· ꝓduct· ad modū q̄rte· Facit etiaȝ sapitum penl'· correp· inq̄ntū descendit ab h° p̄terito sapui

De desinētib⁹ in rio

IN rio· vnū iuenit̄· scȝ pario peperi Vetustissimi tamē ꝭm quartā ꝯiugatōem hoc ꝓtulisse inueniūtur Enni⁹· Oua parire solet gen⁹ pennis cōdecoratuȝ Sed terenti⁹ ī formione · Neqȝ parere iam diu h° p etatem pōt· Esaias · lxvj · Qui alios parere facio Supinū ptum debet eē· Vnde & ptus · Et parturio meditatm̄ Sed vide q̄ꝙ antiqui dicebāt parituȝ Vnde pariturus ra. rū · Statius in · xij · thebaidos Atqȝ hosti veniat paritura marito Cū suis cōpositis aūt redit ad quartā cōiugatōȝ & facit p̄teritū in ui· diuisas· vt aperio aperui aptuȝ· & scribit̄ per vnū p· subtrahit̄ em̄ d· sic b· de opio · Preter repio repperi· cōperio cōperi · & cū omib⁹ cōpōitis habȝ r· ante tū· in supino · vt apio aptum compui comptum

De desinētib⁹ in rior

IN rior desinētia deponentia· ut orior & morior tā scd̄m terciam q̄ꝙ ꝭm quartā ꝯiugatōȝ declinauerūt autores· orior oreris vel oriris· morior moreris vl' riris Vnde lucan⁹ ī· iiij · Non gratis morit̄ iugulo q̄ ꝓuocat hostē· Lucius in · iij · Cōturbare aīam potis est quicūqȝ adorit̄ Eoꝝ supina ortū & morituȝ sunt· quāuis oritur⁹ & non ortur⁹ inueiatur pticipium futuri tpis · sȝ p̄teriti ortus non orit⁹ dicit̄· Horati⁹ epistolaꝝ libro secūdo · Nil orituꝝ· alias nil ortum tale fatentes · A morior quoqȝ notandū q̄ꝙ cū moritur⁹ scd̄m analogiā facit futurū participiū · mortu⁹ tn̄ facit p̄teritū gemiata u · qd̄ ī nullo alio pticipio inuenies ꝓ mort⁹ vel moritus · qd̄ ꝓporcio magis exigebat Hic attēde q̄ꝙ orior oriris nunc ē quarte cōiugatōnis · sed adhuc tenet de tercia ꝯiugatōne orit̄ penul · corr̄ · ecclesiastes primo · Oritur sol & occidit · & pticipiū p̄teriti tpis ortus sum · & in supino ortū qd̄ inuenit̄ etiaȝ oritū Inde oritur⁹ · Morior aūt olim fuit q̄rte & etiam tercie cōiugatōnis · sed nūc tantū tercie apud modernos facit tn̄ irregulariter mortu⁹ · sed supinū moritum Inde moriturus · Potior aūt facit potit⁹ · qd̄ olim fuit tercie cōiugationis

De desinētib⁹ in tio

IN tio · desinēs p si · facit p̄teritū gemiata s · quatio quassi qd̄ teste charisio ī vsu nō est · Percutio pcussi · incutio incussi · supinū ꝭm regulā in si · terminantium p̄teritū pfectū ī sum · exit · si · mutata in sum. quassū Vn̄ frequētatm̄ quasso quassas · similiter pcussū incussū Nā vssi vstum · & torsi tortū vel torsum · & etiā gessi gestū excipiunt̄ · & q̄ quarte ꝯiugatōis in si · termināt p̄teritū pfectū · ut fartio farsi fartum · haurio hausi haustū · sartio sarsi sartū P · vero ante si · posita sic sup̄ dictū est p ptū · facit supinū · vt demo dēpsi demptū · ꝓmo ꝓmpsi ꝓmptū nubo nupsi nuptū

De desinētib⁹ in tior

IN tior deponēs tam tercie q̄ꝙ q̄rte cōiugatōis vnū inuenit̄ · scȝ potior potiris Virḡ · in · iij · eneid̄ · Fas oē abrūpit · polidorū obtrūcat · & auro Vi potit̄ · Scd̄m terciā cōiugatōeȝ corripuit penul. Lucilius vero in quinto · Deficit alma ceres. nec plebes pane potit̄ · ꝭm quartā cōiugatōȝ ꝓductā ꝓtulit penul · Infinitū tamē ꝭm quartā semp iuenit̄ · Supinum ī itū · desinit penul · ꝓd̄ · potitū · nūc aūt est tm̄ quarte cōiugatōnis

De desinetibus in uo · diuisas

IN uo · diuisas quacūqȝ an̄cedēte consonāte desinētia mutant o · in i · vt acuo acui · imbuo imbui · spuo spui · metuo metui · arguo argui · Excipiunt̄ struo struxi fluo fluxi pluo pluui · Sed p sincopā ꝭm vsū ꝓfertur plui Vnguo aūt coquo & liquo nō videtur ī uo · diuisas termiare ī q̄bus u · vim lrē amittit vnde ī guo · q̄dē sillabam terminantia huiuscemodi seruāt regulā ī go · termiatoruȝ Sicut & q̄ ī quo finiunt̄ · ratōeȝ sequunt̄ ī co · desinentiū · Dicim⁹ igitur vnguo vnxi · ligo linxi · pingo pinxi · & linquo liqui · & vico vici · Iungo quoqȝ iunxi · vn̄ & iunx sicut a duxi dux · extiguo etiā extinxi · cui⁹ simplex scȝ stinguo raro est in vsu

quanti facis librum tuū·quāti extimas·quāti dicis Et cū ablatiuo cōſtruunt̄ iſta·ut quāto emiſti·q̄nto vendidiſti·quāto extimas·quāto facis· Et ſcias ꝙ autores nunq̄ꝫ ponūt iſta verba niſi cum gt̄ō denotante preciū īdeterminatū·ut quāti emiſti librū tuum.& cū ablatīo denotante p̄cium determiatū vt emi librū meuꝫ decē libris· Illa tamē que ꝑtinēt ad extimatōem bene cōſtruunt̄ cū genitīo denotāte preciū determinatū·ut facio librū meū deceꝫ librarum·id eſt·extimo·& extimo amiciciā tuā vniꝰ oboli ¶ De cōſtructione aūt huiꝰ verbi valeo vales quādo preciū denotat·dico ꝙ conſtruit̄ cum genitīo denotante preciū indetermiatū· Vt ī digeſto iulianꝰ ait· Fundū tanti valere quāti vēdi pōt Conſtruit̄ ſimiliter cū accuſatīo denotāte preciū determinatū vel indetermiatū·ut in geneſi· Terra quā poſtulas q̄oraginta ſiclos argenti facit· Conſtruit̄ etiaꝫ cū ablatīo· Et ſcias.ꝙ iſta duo verba ſcꝫ moneo·& memoror cōſtruunt̄ cū genitīo et accuſatiuo ſimul·ut moneo te iuſticie·& memoror te lectōis· Vel moneo ꝯſtruit̄ cum duobꝰ accuſatiuis ſimul·ut moneo te iuſticiā.q2·ꝑtinꝫ ad doctrinam & recordatōeꝫ· Sed memī & memoror deponens·non ꝯſtruit̄ cum genitiuo & accuſatīo ſimul ſed diuiſim·ut memī lectionis vel memī lectioneꝫ Ex natura trāſitionis aliquādo regit̄ genitiuꝰ·quādo ſcꝫ deſignat rem in quā tranſit actꝰ verbi· Vnde omīa verba ꝑtinētia ad recordatōeꝫ vel obliuionem regūt genitiuū ex natura tranſitōis·ut memī lectionis·recordor lectionis·obliuiſcor lectionis recolo lectionis·& hec ꝯſtruunt̄ cum accuſatīo & ablatīo· Similiter regunt gtm̄ ex eadeꝫ natura verba que pertinent ad indigentiā·ut careo panis·& hec ꝯſtruunt̄ cū ablatiuo·Item miſereor miſereris regit gtm̄ ex eadem natura·ut miſereor tui·regit etiā datiuū Similiter iſta quattuor verba regūt gtm̄ ex natura tranſitionis·abſtineo·inuideo·deſino·cōſulo·ut abſtineo irarū·deſino querelaruꝫ·īuideo tibi honoris·vel honore·cōſulo tibi huius rei vel hac re· Vnde ouidius· Ad me ꝑuenit ꝯſuluitq3 mei·

¶ De datiuo·

DAtiuꝰ pricipaliter regit̄ ex natura acq̄ſitionis·& ſm̄ hoc nomina que pertinent ad cōmodū vel incōmodū regūt datiuū ex vi acquiſitionis·ut ſum bonꝰ tibi·malus illi· Et verba que ꝑtinēt ad cōmodū vel incōmodū regūt dtm̄ ex eadē natura·ut do tibi equū·lego tibi agrū Et hoc verbuꝫ eſt plus facit·q2 regit duos diuerſos datiuos ſimul ex vi acquiſitōnis·ut hec res eſt michi cure·& hec res ē michi honori· Sed vnus datiuꝰ regit̄ ex vi acquiſitōnis acquirētis·ſcꝫ michi·alter ſcꝫ cure·ex vi acquiſitōis acquiſite· Vnde ibi eſt duplex acquiſitio·acquirēs & adquiſita· Vnde non debet interponi copula· ¶ Et ſcias·ꝙ nulluꝫ aliud verbū regit duos diuerſos datiuos ex natura acquiſitionis·niſi ſum es eſt·etiā ſi inueniat̄ alicubi· Dicit tamen priſc·ꝙ vnus illorum ponit̄ aduerbialiter·ut in prudentio. Proſilit auxilio ſocijs id eſt·ad auxiliand̄ ¶ Sꝫ pōt queri an omē verbū regere pōt datiuū ex natura acquiſitōiſ·i·an hēat hoc ex ꝓpria natuā vel īſtitutōe· Dico ꝙ nō· Vnd̄ male dr̄· Hec ueſtis decet michi· ¶ Item nota·ꝙ uerba imꝑſonalia regūt dtm̄ ex ui ſuoꝝ ꝑſonaliuꝫ ſꝫ ſua ꝑſonalia regūt dtm̄ ex ui acquiſitōis·ut hoc placet michi·ergo ex eadē natura & ſua imꝑſonalia regūt dtm̄· Regitur etiam datiuus quādoq3 ex ui tranſitionis·ſcꝫ quando ſignificat rem in quam

transit actus uerbi uel passio· sʒ hoc facit proprie
vel improprie· Proprie qñdo põit̃ i vi sua·i·in vi da
tiui· ut benedico tibi· & iuideo tibi. & tũc põt fie
ri ɔuersa locutõ· ut benedicor a te· & inuideor a te
Improprie· qñdo nõ ponit̃ ĩ vi sua· id ẽ·i vi ablatiui
& ꝓpositõnis.ut diligor tibi ꝓ a te· & iuideor tibi
ꝓ a te· Quãdoqʒ aũt dtũs regit̃ ex vi correlati re
spectus· Vnde ista nõia par & ĩpar ·silis & dissi
milis.eq̃lis & ineq̃lis regũt dtm̃ ex ui correlati re
spect⁹· q̃ ẽ ibi ĩtellect⁹ correlatiu⁹· ut sũ par tibi
ergo tu michi· sũ impar tibi· ergo tu michi· sum si
milis tibi ergo tu michi· & sic de singulis · Patʒ er
ergo ex p̃dictis· ꝙ dtũs regit̃ ex trib⁹ naturis· scʒ
ex ui acq̃sitõis ·ex ui transitõis· & ex ui correlatiui
respect⁹· Volo etiã hic te sciẽ ꝙ uerba p̃ceptiua q̃
ɔstruunt̃ cũ dtõ seq̃ẽte infinitio· ut p̃cipio tibi le
gere· possũt etiã ɔstrui cum accusatio· ut p̃cipio te
legere· Itẽ nota· ꝙ qñdo verbũ cõstruit̃ cũ aliquo
obliquo seq̃nte ĩfinitio q̃ ɔstruit̃ cũ simili obliquo
vt michi placʒ seruire tibi· dubiũ est q̃s obliquus
cui verbo reddat̃ Sʒ meli⁹ ẽ ad ꝑfectã ɔstructõeʒ
ꝙ prim⁹ obliqu⁹ p̃mo verbo reddat̃· ut vult p̃s·

De accusatiuo.

Accusatiuus regit̃ a nõie adiectio ꝑ sino
dochen. quãdo id qd̃ ẽ ꝑtis attribuit̃ toti
ut hic est bon⁹ animũ· Et a nõie gentili
vel patrio. ut lombardus gentẽ· & bononiensis pa
triã· Et hoc nomẽ q̃s vel qui silr̃ regit accusati-
uũ ꝑ sinodochen· Vñ virg· Qui gen⁹· vnde estis·
quo tenditis· vnde veistis· Et ex eadẽ natura ver-
ba maxĩe passiua regũt accusatm̃· ut iste trũcatur
caput· & neutra absoluta· ut hic dolet ventrem·
Itẽ adiectĩa regunt accusatm̃ ꝑ figurã que di
citur sinthesis· id ẽ· coĩcidẽtia· videlicet quãdo po
nũtur loco ꝑticipioꝝ· ut iste est exosus bella· id ẽ·
exodiens· & p̃scius futura· id ẽ· p̃sciens Nota ꝙ
oĩs infinitiuus verbi ꝑsonalis regit accusatiuum
ante se intrãsitiẽ ex vi copule infinite· ut verũ est
me amari· & verũ est me currere. Sed hoc nõ acci
dit vbiqʒ· q̃ quãdoqʒ impedit̃ ex adiuncto. ut vo
lo esse bon⁹· Vnde male dicit̃· volo me esse bonus
imo debet dici· volo me esse bonũ· sic tangã in qui
ta ꝑte in futur⁹· De infinitiui ɔstructione dixi
supra vbi egi de gerũdijs· Similiter gerundiuʒ
regit accusatm̃ ante se ex eadẽ natura· ut magistrũ
legendũ est virgiliũ De hoc tamẽ require sup̃ vbi
agitur de gerũdio· Ex natura trãsitõis quando
qʒ regit̃ accusatiu⁹ a verbo qñdo d̃signat rẽ ĩ quã
transit actus verbi· Vnde ſm hoc oĩa verba acti
ua regunt accusatm̃. ut amo te· Et cõia quando si
gnant actionẽ· ut criminor te · Et deponẽtia trãsiti
ua· ut sequor te· Et neutra trãsitiua· ut arõ terram
& bibo vinũ· Passiua etiam regunt accusatm̃ ex na
tura transitõis quãdo veniũt a verbis regentibus
duos diuersos accusatios· ut doceor grãmaticam·
induor tunicã· Quidã etiam ididẽ dicũt de verbis
imꝑsonalibus p̃dictoꝝ verboꝝ· ut a me docet̃ grã
maticam· Similiter q̃dam verba passiua regunt ac
cusatm̃· quãuis eoꝝ actiua nõ regant duos diuer
sos accusatios· & hoc fit quãdoqʒ ꝑ figurã que d̃r
sinodoche· ut iste trũcatur caput· & radit̃ barbaʒ·
Et q̃dam sũt que habẽt actũ adiunctum sue pas
sioni· & iõ regũt accusatm̃ ex natura trãsitionis· ut
pascor panẽ· i· pascendo comedo panẽ· Satior car
nes· i· satiando comedo carnes· sed hec regunt gtm̃
& ablatm̃· Nota ꝙ sũt quedã verba que regũt
duos diuersos accusatios· sicut in ꝑte cõtinet̃ his

versibus· Flagito posco peto doceo rogo calceo ce
lo· Induo succigo moneo siml' exuo iũgo · Instruo
iungat̃ sine quo res falsificat̃ Et etiam oĩa que sũt
similia istis· & q̃ pertinent ad doctrinaʒ & dep̃ca
tionem & obsecratõeʒ· ut instruo te bonos mores
oro te mlt̃a· obsecro te hoc· obtestor te hoc· Re
gunt aũt p̃dicta verba duos diuersos accusatios
ex natura trãsitionis hac ratõne· q̃ pertinẽt ad diũ
sos actus· nã quicũqʒ docet agit duo. agit in disci
pulum quẽ docet· & agit in artẽ quã ostendit · Et
ideo duos accusatios regũt· sed quia ille due tran
sitiones sunt naturarũ diuersaꝝ non debent copu
lari· quia vna trãsitio est dependẽs· alia est ꝑficiens
Quidã tamen dicunt. ꝙ prim⁹ regit̃ ex natura trã
sitionis ·alius ex vi cause materialis· Item sciaʒ
ꝙ qñqʒ regitur accusatiu⁹ a verbo ex natura transi
tionis· sʒ inim⁹ proprie· ut hic ardet quandã· id ẽ·
ardẽter amat · & hic horret te· i· horrẽdo formidat
& hec lectio latet te· i· ignoratur a te· vel tu igno
ras ipam· & quia non regũt ꝓprie accusatm̃. Ideo
non põt inde fieri cõuersa locutio· Item regitur
accusatiu⁹ a p̃positione trãsitiue· ut vado ad vrbẽ
& ab aduerbijs que p̃positõnes dicunt̃ a donato·
vt sunt infra· citra· intra· extra· supra· ut vado vlt̃
rhenũ· Quãdoqʒ ab interiectione scdm̃ quosdam.
vt o admirabilẽ virũ· Alij volunt ꝙ regant̃ a ver
bo subintellecto· ut dico o admirabilem viꝝ· Nos
vero dicimus· ꝙ oĩs casus q̃ ponitur cũ interiectõ
ne non regit̃· Ex vi acquisitõis accusatiu⁹ qñ
qʒ regitur sicut dtus· qd̃ est mirũ· ut hec vestis de
cet te· i· cõuenit tibi Ex vi cause aliqñ etiam re
gitur accusatiu⁹· ut vituperor insipientẽ· i· vitupe
ror· quia sum insipiẽs· Habemus ergo ꝙ accusa
tiuus regit̃ sex mõis per sinodochen· ꝑ sinthesim ·
ex vi copule infinite· ex natura transitõis· ex vi ac
quisitionis. & ex vi cause· Volo etiã te hoc sci
re· ꝙ mitto & destino· & verba que ad missioneʒ
pertinẽt recipiũt post se accusatm̃· si ille accusati
uus designat rem ratõalẽ recipiũt aliũ accusatiuuʒ
mediante p̃positione ad ut mitto nunciũ meum ad
te· Si em̃ accusatiuus ille qui a verbo regit̃ notat
aliam rem ꝙ ratõalem· tũc verbum nõ recipit aliũ
accusatm̃· sʒ dtm̃· ut mitto tibi centum solidos· &
mitto tibi equũ Qd̃ ideo contingit· quia res rõna
lis non est alicui acquisibilis· sed mittit̃ ad locum·
& iõ ponitur cũ accusatio & prepositõe que sigt̃
localem circũstantiam· ut ad locũ· quãuis inueniat̃
instantia. ut lectio epistole beati pauli apostoli ad
galathas· Qd̃ potest fieri· q̃ ibi quedam sermonis
directio denotat̃ q̃ per accusatm̃ aptius fieri ɔsue
uit· Potest etiã queri de illo qd̃ dicitur in euãgelio
luce· Sicut locut⁹ est ad patres nostros abraam et
semĩ eius· q̃a videt̃ ꝙ accusatiu⁹ cõpularet̃ datio
sed hoc declarabit̃ in quita ꝑte in loquor·

Sequitur de vocatiuo.

Vocatiuus regitur a verbo ut quidam di
cunt. q̃ sic ñtus tenetur ɔcordare cũ ver
bo in numero· & ꝑsona· ita uocatiuus te
tur· Vnde sic illa· homo legit ẽ congrua· hoĩes le
git ẽ incõgrua· ita & ĩ vocatio ·homo lege est con
grua· hoĩes lege ẽ incõgrua· Sed ad hoc põt dici·
ꝙ ista ɔstructõ hoĩes lege· nõ est incõgrua ꝓpter
discordantiaʒ vtĩ & verbi· Sʒ quia directio sermo
nis facta ad plures req̃rebat verbũ plurale poni in
ɔstructõe. ut hoĩes legite· Vñ hec ẽ incõgrua· lege
virgilium· fcã directõne sermonis ad plures · Alij
dicũt· ꝙ regit̃ ab aduerbio· quia regẽ est cõferre

dicionē dictōi · ut pōat̃ ĩ tali casu · ſʒ aduerbiū cō fert vt̃o ut ĩ tali casu pōat̃ · ut o petre · o iohãnes · ergo aduerbiū regit ipm vt̃m · Sʒ ad hoc pōt dici · ꝙ illud adũbiū vocãdi nō ꝯfert alicui dictōi ꝙ po nat̃ ĩ tali casu · ſcʒ vt̃o · qꝛ ſufficiẽter pōit̃ ſine illo · Alij dicũt cū qbꝰ ego · ꝙ vt̃s pōit̃ abſolute · i · ſine regimīe · qꝛ nō ĩdigʒ v̉bo ſecūde ꝑſone · nec adũbio vocãdi · Poteſt eñ ſtaꝛ̃e ſine vtroqʒ · teſtãte pꝛ̃ſ · q̃ dic̃ Appolloniꝰ ſcribit virgili · hic eñ nō eſt verbū ſecū de ꝑſone · nec adũbiū vocãdi · Diciꝰ ergo ꝙ nt̃s & vt̃s in hᵒ ꝯueniũt · ſcʒ qꝛ ãbo ſũt ĩfīnſiti & oſtẽdū tur ad idẽ ꝑtinẽ · ſʒ differũt ĩ hᵒ · qꝛ nt̃us nō ponit̃ abſolute · i · ſine regimīe · imo ſẽp regit̃ a verbo po ſito vł̃ ſubĩtellecto · Vt̃us vero ponit̃ abſolute & pōt ĩdifferẽter poni cū ꝑma & ſecūda & tercia ꝑ ſona verbi · Vñ bñ d̉r · lego virgili · legis virgili · le git aliquis virgili · ¶ De ablatiuo ·

Ablatiuꝰ regit̃ ex ui accñtis ſic̃ & gt̃s · ut equꝰ albo colore ẽrit · ſic̃ diciꝰ · equꝰ albi coloris ẽrit · Et ex eadẽ natuꝛ̃a ſũ es eſt · regit abltm̃ & nullū aliud verbū · ut hic ẽ mag̃ vir tute vł̃ prudẽtia · ſic̃ Iſte ẽ magne v̉tutiſ ł̃ prudẽtie Regit̃ etiã ablt̃s ex ui cauſe formał̃ · Et ꝯm hoc oĩa adiectia poſſũt regẽ abltm̃ denotantẽ formã ſui · vt albꝰ albedīe · & coloratꝰ colore ẽrit · & grãma ticꝰ grãmatica · ¶ Itẽ nōia ſubſtãtia poſſũt regẽ abltm̃ ex eadẽ natuꝛ̃a · ut hō hūanitate · Itẽ ꝓpria no mina · ut ſoc̉tes ſoc̉titate · vł̃ ꝓpria q̃litate · Noĩa at̃ ſincathegoreumatica · i · ꝯſigficatĩa ñ pñt regere ta les ablatĩos · qꝛ nichil ꝑ ſe certū ſignt̃ · ut q̃libet · & nullꝰ · Omĩa aũt verba pñt regẽ abltm̃ ex ui cauſe formał̃ · ut amo te amatōe · Ex ui etiã ꝯpatōis q̃ñqʒ r̉git̃ ablatūs · qñ ſcʒ ſig̃t rẽ ad quã fit collatō · ut ſū maior platone · Et ꝯpatĩa pñt r̉cipe ſil̉ʒ caſū mediã te ꝙ · ut ſū fortior ꝙ plato · De hᵒ dixi ſ̉ vbi egi de ꝯpatĩo nōie · Sʒ ſi alia ꝯpatĩo ibi fuerit · oportʒ ꝙ ſe quat̃ aliꝰ ablatiuꝰ · ut ſū magiſ fortioꝛ platone cice rone · Itẽ hᵒ verbū malo r̉git abltm̃ ex eadẽ natura vt malo panẽ vino · i · magis volo · Itẽ iſta duo ver ba p̃fero · p̃ſto · poſſũt regere abltm̃ ex eadẽ natura vt p̃fero vinū pane · i · magis volo · & hᵒ p̃ſtat illo id ẽ · meliꝰ ẽ · ¶ Regit̃ etiã ablt̃s ex natura trãſitōis & hᵒ fit duobꝰ mōis · Q̃ñqʒ mediãte p̃poſitōe · ſic̃ ĩ oībꝰ verbis paſſiuis ꝯtigit vel hñtibꝰ vim paſſi uam · ut amoꝛ a te · vapulo a te · Q̃ñqʒ ſine p̃poſitō ne · ut careo pane · & gaudeo ſocietate tua · et alia ſil̉ia q̃ ꝯſtruunt̃ cū abltō ex naẗa t̃nſitōis Hic tñ aduerte · qꝛ ſi abltūs denotat cauſã materialē · vel aliã p̃ter efficientẽ · nō debet poni cū p̃poſitōe · Vñ male d̉r · ſpolior a p̃bẽda · ſic̃ ſup̃ dixi vbi egi d̉ verb impſonalibus · Ex q̃druplici etiã cã abltūs regi pōt Nã aliqñ ex ui cauſe materiał̃ regit̃ · ut iſti pugnãt ferro · Aliqñ ex ui cauſe formalis · ut diligo te puro corde · Aliqñ ex ui cauſe finał̃ · ut ieiuno cã hñdi vi tã et̃nã · Q̃ñqʒ ex ui cauſe efficiẽtis · ut ſciẽtia cre ſcit ſtudio · i · ſtudiū eſt cã q̃re ſciẽtia creſcit Q̃ñqʒ abltūs ſig̃t duas cauſas accñtales · ſ · localẽ · ut bellū gerit̃ toto orbe · Et t̉palẽ · ut audiui dyaleticã trien nio · ¶ Ex d̉cis patʒ ꝙ ablatiuꝰ regit̃ nouẽ modis · ex ui accñtis · ex ui cauſe formał̃ · ex ui cōpatōnis · ex natura t̃nſitōis · ex ui cauſe materiał̃ · ex ui cauſe finalis · ex ui cauſe efficiẽtis · q̃ñqʒ aũt notat locum q̃ñqʒ tẽpus · ¶ Nota ꝙ q̃dã dicũt ꝙ ablatĩ q̃ notãt ꝯſeq̃ntiã · i · ꝯpatōē vniꝰ actꝰ ad alteꝝ regunt̃ · ſed nō niſi a verbo vel ꝑticipio · qꝛ nulla ꝑſ oꝛ̃ōis ꝯſig̃t tẽpꝰ niſi verbū & ꝑticipiū · Et ratō eſt ꝯm eos · qꝛ tales ablatĩ nō pñt ſtare ꝑ ſe · qꝛ depẽdent a verbo ergo verbū regit illos · Omẽs eñ obliq̃ ſũt depẽdẽ tes · ergo nō ponunt̃ abſolute · i · ſine regimine · Alij dicũt · ꝙ p̃dicti ablatĩ nō regũt̃ · ſʒ abſolute ponũt̃ vt ꝓficio te docẽte · & pado currente ſedeo · & hec opinio ẽ cōior · ¶ De regulis aũt quas q̃dã fugitĩ uas appellãt dixi ſup̃ vbi egi de adũbijs · Multa ꝑ tinẽtia ad ꝯſtructōē & regimẽ poſui ſup̃ ĩ tracta tu de ſpẽbꝰ noīm · & ponã in q̃rta ꝑte in tractatu de allotheca · ¶ Hec de ethymologia & dyaſintaſti ca ſufficiãt · ¶ Quarta ꝑs de vicijſ & figuris ĩcipit

Poſtꝙ ĩ p̉cedẽtibus determina uimꝰ de tribꝰ ꝑtibus huiꝰ opiſ ſcʒ de orthog̃phia · ꝓſodia · & ethymologia · vbi etiam de dia ſintaſtica aliq̃ miſcuimꝰ · Nunc de q̃rta ꝑte · ſcʒ d̉ figuris videa mus · Sed qꝛ vnū oppoſitū per aliud ꝯgnoſcit̃ · id̉ p̃mo de vicijs annexis barbariſ mo & ſoloeciſmo dicẽꝰ · Deinde de figuris · Nã de barbariſmo & ſoloeciſmo ĩ ſuo loco tractabimꝰ ĩ quĩta ꝑte · ¶ Scias ergo · ꝙ vicia ãnexa barbariſmo & ſoloeciſmo ꝯm donatū ſunt decẽ · ſcʒ acirologia · cacephaton · vel cachophonia · pleonaſmos · periſo logia · macrologia · tãtologia · eclipſis · tapinoſis · ca theſintheton · amphibologia · ¶ De vicijs annexis ·

Acirologia ẽ ĩ ꝓpria dictio · ut hic · Hunc ego ſi potui tm̃ ſperare dolorẽ · ſperare eñ dixit ꝓ timere · Et d̉r ab a · qd̉ ẽ ſine & ciros qd̉ eſt manꝰ · & logos · qd̉ ẽ ſermo · ĩde aciro logia · i · ſermo qui nō eſt ĩ maibꝰ · i · ĩ vſu · Ea eñ di cunt̃ ad manū haberi q̃ ſũt vſitata · Vel acirologia d̉r ab a · qd̉ eſt ſine · & ciro · qd̉ ẽ ſancio & logoſ qd̉ ẽ ſermo · ide acirologia q̃ſi ſermo inſancitus · qꝛ non firmat̃ aliq̃ regula artis ·

Cacephaton ẽ obſcena enūciatio · vel ĩ cō poſita dictōe · vel in vno verbo · ut num cū nauibuſ equat · & arrige aures pãphi le · Et d̉r a cacos · qd̉ ẽ malum vel turpe · & phonos qd̉ eſt ſonus · q̃ſi malꝰ ſiue turpis ſonus · Vel d̉r a cacos turpis · & phaſis enūciatio · q̃ſi turpis verbi enūciatio · Vel d̉r cacephaton · a cacos qd̉ ẽ malū & phatos poſitio · vel phonus qd̉ eſt ſonꝰ & te neo · q̃ſi mala poſitio · vel malū ſonū tenens · Obſce na · i · turpis enūciatio d̉r cacephaton · & fit vel ĩ cō poſita aliq̃ dictōe & ĩ ꝯtextu ꝑtiū · ut Numeꝝ cum nauibꝰ equat · hic eñ eſt obſcena enūciatio ꝯm quoſ dam ĩter duas ꝑteſ oꝛatōis · ſcʒ numeꝝ & cū · vel ut alij volũt inter cū · & nauibꝰ · Nã p̃poſitio cum · ſe quẽte n · lr̃a inſolentẽ & obſcenū reddit ſonū · quia vt p̃ſ · ait · M · ĩ extremitate dictionū obſcure ſonat & n · lrã ĩter aſperas cōſonãteſ reputat̃ · ut marcia nus oſtẽdit · Vtriuſqʒ ergo ꝯmuitate ꝓpter obſcu rum ſonū lrẽ m · & aſpitatẽ lrẽ n · cacephaton gñat̃ Propter hãc cauſã nō dicimꝰ cū nobis · ſʒ nobiſcū Vel in vno verbo · ut arrige aures pãphile · hoc exẽ plū ex terẽtio ſumit̃ Hac aũt lrã r · geĩata · aſpitas in eo qd̉ ẽ arrige cacephaton efficit · Nec ſolū ĩ his cacephaton ĩ ſupficie ꝯſtructōis cernit̃ · ſʒ in ſenſu turpitudo q̃daꝫ ineſſe videt̃ · Vnde dyomedes ait · Cacephaton ẽ vicio ꝯpoſitōis ĩuerecūda ſuſpicio · vt arrige aures pãphile Nimirū callide ſigns pam philū fuiſſe libidinoſū · Vnde & ſuo noīe pamphi lus q̃ſi ciuiū amatoꝛ interp̃tat̃ · Itaqʒ ꝑ arrectas au res · arrectū thalamū ad qʒ libidinẽ paratuꝫ euꝫ ha buiſſe ſig̃t · Hec alio noīe d̉r cacophonia · & ꝯtraria tur eĩ euphonia · ut infra dicã · Cacophonia aũt eſt turpis ſonus · vel turpis fatus · Et ꝯponit̃ a cacos

turpe & phonos son⁹. Inde cacophonic⁹ ca cũ .i.

PLeonasmos ꝺm donatũ ē male sonãs
adiectio verbi supuacua ad plenã signi-
ficatõem. ut sic. Ore locuta ē. Et auribus
audite sidera celi. Poterat ei sufficē si dixisset sic.
Locuta est. etiã si nõ addidissꝫ ore. Ore eĩ loqmur
nõ oculis. vel aure. Et scias ꝙ cũ ꝺr. Niger coru⁹
nõ est ibi pleonasmos. sꝫ epyteton. Dicit̃ aũt pleo
nasmos a pleos qꝺ ē plenitudo. & onoma qꝺ ē no
men. Inde pleonasmos. i. plenitudo. vel supabũdan
tia nomĩs. Vel ꝺr a pleo greco qꝺ est supfluũ &
auaricia. & onoma qꝺ ē nomē. q̃si supfluitas auari-
cie noĩs. qꝛ sic̃ auarus plus q̄rit ꝙ̄ sibi sufficiat. sic
pleonasmos plures dictões addit ꝙ̄ sens⁹ exigit.

PErisologia ē supuacua ṽborũ adiectio
sine vlla vi rerũ. ut Ibant quo poterant
quo nõ poterãt ibi stabant. Sufficiebat
eñ dicere. Ibant quo poterãt. Null⁹ eĩ ignorat ꝙ
q̄ vadit. in eã ꝑtem vadit in quã facultas eũdi sup
petit. in eã ꝑtē nõ vadit. in quã facultas eũdi non
suppetit. Et iõ illud qꝺ adijcit̃. & quo nõ poterant
ibi stabãt. supfluũ est oĩno. Et ꝺr a peri qꝺ ē circũ
& logos qꝺ ē sermo vl' ratõ. Inde perisologia. id ē
adiectio verboꝝ plurimoꝝ supuacua. ut viuat ru-
ben & nõ moriat̃. cũ non sit aliud viuere ꝙ̄ nõ mo
ri. Vel dicit̃ a perisos qꝺ ē superfluũ. & logos. qꝺ
ē sermo. Inde perisologia. i. suꝑflu⁹ sermo. Et scias
ꝙ pleonasmos adiectõeꝫ vni⁹ verbi. Perisologia
aũt plurimoꝝ verboꝝ. Macrologia vero lõgas sē
tẽtias & res nõ necessarias comp̄hendit.

MAcrologia est lõga sentẽtia. res non ne
cessarias ꝯp̄hendẽs. ut Legati nõ impet̃
ta pace retro vñ venerant domũ reuersi
sunt. Hec sentẽtia apud luciũ repitur. Distat aũt
ĩter perisologiã & macrologiaꝫ. qꝛ pisologia oĩno
supuacua accumulat verba. nõ idem agẽte sentẽtia
Macrologia vero licet nõ necessaria comp̄hẽdat.
tñ non oino supuacua verba interserere videtur.
Poterat enĩ fieri vt legati nõ impetrata pace reuer
tentes. nec domũ retro vñ venerũt reuerterentur.
sꝫ ad alias ꝓpe ꝑtes regrederent̃. Ideoqꝫ appositũ
ē. retro vnde venerãt domuꝫ. Et ꝺr macrologia a
macros quod ē longũ. & logos quod est sermo q̃si
longus sermo vel oratio.

TAntologia ē viciosa repetitõ eiusdeꝫ di
ctionis. ut egomet ipe. sufficiebat eñ di
cere. egomet. vel ego ipe. Et dicit̃ a tã
tos quod est vacuũ vel iterũ. & logos sermo. q̃si
eiusdẽ vacu⁹ vel iterat⁹ sermo. Eiusdẽ dico. saltẽ
quantum ad intellectum.

EClipsis ē defect⁹ q̄dã necessarie locutio
nis quē desiderat p̄cisa sententia. ut hic
facũde. Est eñ defect⁹ hui⁹ verbi loq̄
batur. Itẽ neqꝫ ab oriẽte. neqꝫ ab occidente. neqꝫ a
desertis mõtibus. supple. via patꝫ fugiẽdi Iste autẽ
defectus fit causa vitãde ꝓlixitatis. ut eñ lõga sen
tentia fastidiũ suscitat. sic breuitas sermonis mole
stiã effugit. Et dicit̃ ab e. quod ē extra. & clipsis.
quod ē lux. qꝛ tũc extra lucẽ ponit̃ sentẽtia. Nam
eclipsis ꝓprie cũ sit lune vel solis trãsumit̃ ad defe
ctum dictõis. Vel dicit̃ ab e. quod ē extra. & cli
pso sas. quod ē clepo pis. id est. furari. qꝛ in eclipsi
necessaria dictio dicit̃ furata. siue ut ꝓpri⁹ loquar
sublata. vide in suo loco de figura.

TApinosis ē huĩlitas rei magne. ñ id agẽ
te. i. signãte sentẽtia quod demõstrat. vt
si mare vocet̃ gurges. Vñ versus. Tapi
nosim facies dicat̃ si mare gurges. ut vult donat⁹
Vel ꝺm ysidoꝝ. q̄ndo imensitas diuina vilibus re
bus ostendit̃. ut ego sũ pastor. & ego sũ vermis.
Et dicit̃ a tapin quod ē huĩlitas. vl' a tapinos quod
est humile. Donatus dicit. Pelides stomacho ce
dere nescit. Pelides dict⁹ est achilles a peleo pa
tre. Stomachũ aũt posuit pro immẽsa ira vel for
titudine ei⁹. Tante quippe audacie fuit ut nesciret
cedere. id ē. locuꝫ dare hostibus oppones se pericu
lo ĩtrepide. Dum ergo magna res hũili vocabulo
nomĩatur. tapinosis dici potest.

CAthesintheton ē viciosa ꝯpositio dictio
num. ut versaqꝫ viuentiũ terga fustiga
mus hasta. viciosa ꝯpositõ ē hic. quia de
buisset dicere. Versaqꝫ hasta viuentiũ fustigamus
terga. dixit. versaqꝫ viuentiuꝫ. & cetera. & hoc ne
cessitate metri cogẽte factũ est. Non eñ iuxta ra
tõnem metri poterãt sibi copulari versa & hasta.
Et dicit̃ a cacos qꝺ ē maluꝫ. & sin quod est cõ &
thesis quod est positio. Inde cathesintheton. id ē.
mala & viciosa dictionum compositio.

AMphibologia ē ambiguitas dictionis q̄
fit aut ꝑ accusatiũ casũ. ut si quis dicat.
Audio secutorem retiariũ supasse. Nam
hic dubiũ est vtrũ secutor supauerit retiarium. vl'
econuerso. Aut fit ꝑ cõmune verbũ. ut si q̄s dicat
Crimĩatur catho. vadatur tullius. nec addat queꝫ
vel a quo. Dubiũ est eñ. vtrum catho crimmetur
aliquẽ. vel ab aliquo crimmet̃. vel vtrũ tullius tra
hat aliqueꝫ ad vadimonium. an ipse trahat̃. vador
verbuꝫ ꝯmune ē. id ē. causas ago. vel ĩ causas agor
vades qui legaliter causas agunt. Vadimoniũ. lo
cus in quo cause agunt̃. Aut fit per distinctioneꝫ
vt vidi statuam aureã hastam tenentẽ. Hic dubiuꝫ
est. vtrũ statua sit aurea vel hasta. Si quis hic vita
re voluerit amphibologiã. si illa statua fuit aurea.
distinguere debet hoc modo. vidi statuam auream
deinde hastã. Si vero hasta fuerit aurea. ita distin
guat. vidi statuã. deinde dicat aureã hastam tenẽtẽ
Et etiã fit ãphibologia ꝑ ononima. ut si quis acieꝫ
dicat. & non addat oculoꝝ. aut exercit⁹. aut ferri.
Significat eñ tria acies. Vnde versus. Est acies o
culi. ferri. belliqꝫ caterua. Fit etiã ut dicit donatus
plurib⁹ mõis amphibologia. quos dinumerare ne
longũ sit. non oportet. Et dicit̃ amphibologia. ab
amphi quod ē dubiũ. & bole quod ē sentẽtia quasi
dubia sentẽtia. Et continet sub se equiuocatõnem
cõpositõem. diuisionem. Amõ de figuris videam⁹

Tractatus de figuris.

FIguraꝝ tria sũt genera. Metha
plasm⁹. Allotheca. Tropus.
Primo de methaplasmo. Secũ
do de scemate siue allotheca se
cundum donatum. Tercio de
tropo. Quarto de allotheca se
cudum p̄ristianum videamus.

De methaplasmo.

MEthaplasm⁹ ē trãsformatõ quedaꝫ recti
solitiqꝫ sermonis in alterã speciẽ. metri.
ornatus necessitatis ue causa. Dicit̃ aũt
methaplasmus a metha quod est trãs. & plasma.
quod ē forma. Inde methaplasm⁹. i. trãsformatio.
quia lrã vl' sillaba vl' ei⁹ accidẽtia de ꝓpria positõe
in aliã spẽm transformantur.

SPecies methaplasmi ꝺm donatum sunt
quattuordecim. scꝫ ꝓthesis. epenthesis.
paragoge. aferesis. sincopa. apocopa.

extasis vel extesis·sistole·dyeresis·sinerisis vel epy
sinalimpha·elipsis· anthitesis· methatesis · ¶ Hic
nota·ꝙ methaplasmꝰ fit ĩ dictione sic barbarismꝰ
cuius vt dixi quattuordecim sũt species. Et fit tri-
pliciter·ꝑ additõem·subtractõem · & transmuta-
tionẽ·Cum fit per additõnem habet tres species·
ꝫm principiũ·mediũ & finẽ·scȝ ꝓthesim q̃ fit per
additõem in pricipio·Epenthesim q̃ fit ꝑ additõeȝ
in medio·Paragoge q̃ fit ꝑ additõem ad finẽ Itẽ
fit per subtractõem·& sic habet tres spẽs contra-
rias p̃dictis tribus·Prima est aferesis subtractio a
pricipio dictõis·ꝓthesi ɔtraria · Secũda ẽ sincopa
q̃ ẽ ablatio de medio dictõis·epẽthesi ɔtraria· Ter
cia ẽ apocopa abscisio de fine dictionis·ɔtraria pa
ragoge·& sic habemꝰ sex species·Iteȝ fit per trãs
mutõnem·& sic habet octo spẽs vt patebit· Et sic
sũt quattuordecim species in vniuerso

PRothesis est appositio quedam ad princi
pium dictionis lrẽ vel sillabe·vt gnato
ꝓ nato·& tetulit ꝓ tulit·sic em̃ dicebãt
antiqui·Et dicit̃ a ꝓthos & thesis · Nam vt dicit
hug·Thesis qd̓ est positio cõponit̃ cũ ꝓthos qd̓ ẽ
primũ·Et dr̓ ꝓthesis q̃si ꝓthotesis·i·prima positõ
lrẽ vel sillabe in principio dictõis·Vel ꝓthesis dr̓
a pros qd̓ est ad·& thesis·qd̓ est positio· Inde ꝓ-
thesis·id est·appositio

EPenthesis ẽ appositio ad mediã dictõem
lrẽ vel sillabe· vt Reliquias danaũ · pro
reliquas·Et induperator·ꝓ ĩpator Hec
em̃ in metro heroico aliter stare nõ possunt·Hec a
quibusdã dr̓ epenthesis·a q̃busdam parẽthesis. Et
dr̓ epenthesis ab epi qd̓ est supra·& thesis positio.
Inde epenthesis·id ẽ·suppositio lrẽ vel sillabe in
medio dictionis scd̓m hug·Vel dicitur ab epen qd̓
est inter·vel medium·& thesis positio · q̃si positio
facta in medio·vel q̃si interpositio. Vñ grecismus
Signat epen mediũ qd̓ monstrat epenthesis ipsa·

PAragoge·est appositõ quedã ĩ fine dictõ
nis lrẽ vel sillabe·ut magis pro magi·&
potestetur ꝓ potest·& amariter ꝓ ama-
ri·Et põt cõtingere ĩ sillabica adiectõe·ut huiusce
ꝓ huiꝰ·Hanc aliȷ ꝑparalesim appellant·Et dr̓ a pa
ra qd̓ est iuxta·& gogos ductio vl̓ additio· quasi
ductio vel additio facta circa finem dictionis·

AFeresis·ẽ ablatio a p̃ncipio dictionis cõ
traria prothesi· ut temno ꝓ contemno ·
& mitte ꝓ dimitte· Et dicitur a phares
quod ĩterp̃tatur diuisio·& a·Inde hec aferesis q̃si
a capite diuisio·id ẽ·subtractio lrẽ vel sillabe ĩ p̃n
cipio a naturali quantitate dictõnis·scd̓m hug·&
sic scribit̃ per f·vel ph ·Vel auferesis dicit̃ ab au-
ferendo·& sic scribit̃ ꝑ au·dyptõgũ·vide in situs·

SIncopa est ablatio de media dictione lrẽ
aut sillabe·cõtraria epenthesi· vt auda-
cter pro audaciter·& commorit ꝓ cõmo
uerit·Et dr̓ a sin quod ẽ con·& copos qd̓ est cesio
Inde sincopa quasi de medio cesio·vel ut dicit hu
guicio·Cope grece latine cesio dicitur· Et compo
nitur a sin qd̓ est con·& dicit̃ sincopa·id ẽ· abstra
ctio lrẽ vel sillabe de medio dictionis·quasi conci
sio·id ẽ· cõmunis cesio·Illud em̃ qd̓ est inter prici
pium & finẽ cõmune est ipis·Quãdo aũt sincopa
debet fieri in verbis & qñ non·supra dixi in tercia
parte in preteritis tercie coniugationis vbi deter
minaui de verbis desinentibus ĩ co

APocopa·est ablatio de fine dictõnis lrẽ
vel sillabe·cõtraria ꝑagoge·ut achilli ꝓ
achillis·& moysi pro moysis·& fac pro face Et di
citur ab apos quod ẽ retro·& copos qd̓ est cesio·
Inde apocopa q̃si de fine cesura· Vel ꝫm hug· Co
pe quod ẽ cesio cõponit̃ cũ apo qd̓ est de·& dicit̃
apocopa·i·decisio·q̃si deorsuȝ cesio·id ẽ·subtractõ
lrẽ vel sillabe de fine ·Inde apocopo pas pare·

EXtasis est extẽsio sillabe cõtra naturam
verbi·ut Ytaliam fato ꝓfugus· cuȝ yta
liã corrẽp·p̃ma sillaba dici debeat · que
dyastole a quibusdã dicit̃· Dyastole at̃ dicit̃ a dya
quod ẽ diuisio vel diuidẽs & stolos quod ẽ missio
quia cũ dictio breuis vnũ tẽpus habeat·mittit illã
in duo tempa ꝓducẽdo·Vel extasis ẽ ꝓductio silla
be naturaliter breuis·& interp̃tatur extẽsio·Et di
citur ab ex quod ẽ extra·& stasis quod ẽ status q̃si
extra ꝓpriũ statum positio·Et dicit̃ extasis extẽsio
sillabe·qr breuitas extenditur in longitudinẽ·Qui
dam dicunt exthesis·ab ex·& thesis positio ·quasi
extra suaȝ positõem·Exthesis ꝑ e·quidã dicunt·&
est idem quod ab aliȷs dicitur extasis ꝑ a.

SIstole·ẽ correptio sillabe naturaliter lon
ge·cõtraria extasi·quia sicut extasis pro
ducit breuem sillabaȝ·ita sistole corripit
longam ·ut aquosus orion·cuȝ orion ꝓducte dici
debeat in penultima·& apud cathoneȝ· Hoc vide
ne rursus leuitatis crimĩe damnes ·vltĩa em̃ huius
verbi vide corripit̃ cũ sit secunde coniugationis et
produci debeat·vt vult magister bene·Vel potest
dici ꝫm quosdaȝ·ꝙ olim fuit tercie cõiugationis·
vido vidis·Et dicit̃ sistole vel sistola a sin·quod ẽ
con · & stolos·quod ẽ missio·quia ibi duo tẽpora
que sillaba longa habet mutant̃ in vnũ tempus qd̓
habet sillaba breuis·Vel dicit̃ a sin·quod est simul·
& stolos quod ẽ curtatio·q̃i siml̓ curtatio Vel po
test dici a sin·quod ẽ sine·& telon quod est longuȝ
quasi sine sua ꝓpria longitudine· ¶ Hic nota·ꝙ si
stole qñqȝ fit ꝓpter liquescentiã sequentis lrẽ·vt a
pud horatiũ Regis opus sterilisqȝ diu palus apta
qȝ remis. Liquescit em̃ s·vltĩa huius nomĩs palus
ĩ scãsiõe metri·quod etiã fit apud cathonẽ· Quod
nosti factũ non recte nolito silere·& ideo dirimo
& disertꝰ corripiũt p̃mas que sũt naturaliter lon
ge·quia dirimo ɔponit̃ ex di·& emo·disertꝰ ex di
& ars·De hoc etiã dixi sup̃ ĩ p̃ma ꝑte vbi egi de s

DYereꝫ·ẽ diuisio sillabe quõ liquescit
vniꝰ in duas fcã·ut apud ouidiũ Tercia
post alium successit aenea ꝓles·& apud
horatiũ·Niues q̃ deducũt iouẽ nunc mare·nunc sil
ue·hic em̃ silue ẽ trissillabũ ut p̃s·dic̃ in p̃mo mino
ris·Sic fit dyeresis qñqȝ ĩ hoc dt̃o huic·Vñ ꝓsper
Non tẽpus non sexꝰ huic nõ causa resistit · Qñqȝ
in hoc dt̃o cui·ut apud albinũ·Ille cui cernis capi
tolia celsa triũphis·Qñqȝ fit in vt̃o·vt apud oui·
Accipe pompei deductũ carmẽ ab illo Nã põpei
debet eẽ bissillabũ ꝓprie·Per hanc etiam figurã su
mit̃ bissillabe hoc nomẽ diȷ·qr est monosillabuȝ in
illo vsuali versu·Scribe diȷ lege di si vis vrbanus
haberi·Et dicit̃ deyreꝫ a dya·quod ẽ duo·& hereꝫ
diuisio·q̃si vnius ĩ duo diuisio·Et scias·ꝙ dyeresis
est sillabe diuisio·siue sit dyptõgata·vt aulae·lon
gae·aulay·longay·& dicit̃ potiꝰ aulai ꝙ̃ aulae· qr
tũc a·non posset ꝓduci si adderet̃ e·cũ esset vocal̓
ante vocalẽ·que corripit̃ in latinis·Sed additur y·
vocalis greca·& ita ꝓducit̃ a·qr apud grecos vo
calis ꝓducit̃ ante vocalẽ·si etiã non sit dyptõgata
vt iambus·iason.trisillaba·

Synerisis · est conglutinatio duarum silla barum in vnā facta · contraria dyeresi · vt eripedē pro aeripedē · & dest ꝓ deest · Vnde lucanus · Non dest ꝓlato ieiunus venditoꝛ auro · Nam in scansione dicendū est dest ꝓ deest · & dinde pro deinde · Et dicit̄ a sin · qͦd est simul · & heresis diuisio · quasi siml' diuisa · Vel dicit̄ a sin qͦd est con & heresis quod est diuisio · eo ꝙ & priꝰ diuisa coniungunt̄ · Vel dicit̄ a sinereso verbo quod est glutino glutinas · qꝛ due litere vocales sine dyptongo · vel due sillabe conglutinant̄ ī vnam · Hec alio nomine epysinalimpha dicit̄ · eo ꝙ ibi vocalis abijci videat̄ · vide in suo loco ·

Synalimpha est abiectio vocalis in scansione metri de fine dictionis · cū sequens dictio incipit a vocali · vt apd̄ iuuenalē Semꝑ ego auditoꝛ tantū nunquāue reponam · O · enim abijcit̄ de ego · & hoc propter elegantiam · vt tollat̄ hyatus · & sic inducit oꝛnatū · V nō licite potest fieri & maxime in longo oꝑe · sic patet in libris poetarū qui frequenter hac vtūtur · Contrariū eī ipsius valde vitandū est · scilicet quādo non abijcitur vocalis · & raro inuenit̄ a poetis · Et scias · ꝙ aliquando sinalimpha ī ꝓsa obseruat̄ · vt sūmoꝑe · magnoꝑe · Et dicit̄ synalimpha q̄si condeletio · Deriuat̄ a sinalimpho verbo qͦd ē compositū a sin qͦd est con & limpho qͦd est deleo · Vel dicit̄ a sin & lipha qͦd est aqua · Inde sinalimpha · id est · colliquescentia · Vel ꝫm alios · Limpha est q̄dam humor vl' spuma in fronte canū · q̄ dispersa ꝑ caput insaniūt & in rabiem vertunt̄ · Et dicit̄ a limpha liquoꝛe · qꝛ ad modū illiꝰ discurrit · Et componit̄ cū sin quod est con · & dicit̄ sinalimpha · id est · concursus duaꝝ vocalium ī diuersis sillabis & diuersis dictionibꝰ positaꝝ cū collisione alteriꝰ · Et dꝛ sinalimpha · q̄si liquorū commixtio · quia sic vbi duo liquores coniungunt̄ soli · vnus suam substantiam amittit · sic vbi fit talis vocaliū cōmixtio solet vna amittē sonum q̄ntum ad metrū · Et dicit̄ sinalimpha a q̄busdam sincresis · a q̄busdam vero collisio ·

Elipsis est cū in scansione abijcit̄ ꝯsonās cū p̄cedente vocali · q̄ndo sequens dictō incipit a vocali · & hoc fit frequenter in hac litera m · vt apd̄ horatium · Oīmibus hoc viciū est cantoribus inter amicos · Q̄nq̄ꝫ fit in hac litera s · vt apud cathonem · Successus indignos noli tu ferre moleste · Q̄nq̄ꝫ abijcit̄ sine vocali · vt apd̄ horatium · Regis opꝰ sterilis diu palus aptaq̄ꝫ remis Abijcitur eñ s · finalis de hoc nomīe palus vt fiat breuis ꝓpter seq̄ntem vocalem · & sic excusat̄ illud cathonis · Nolito silere · Vñ freq̄nter fiebat olim in hac litera s · elipsis · qꝛ s · sonū habet valde facilem · & q̄si sibilantem · & multotiens liq̄scit · ¶ Itē scias ꝙ m · q̄nq̄ꝫ in ꝓsa abijcitur in ꝓnunciatione · vt circumago · Scribit̄ eñ ibi m · sed non ꝓfertur · qͦd fit ne videat̄ sillabicari cū sequenti vocali · et ꝓpter sonum difficilem · qꝛ sonus eiꝰ terminat̄ clausis labijs sed statim opoꝛtet labia apꝑiri ꝓpter sequentem vocalem · Apud aūt antiq̄ssimos non abijciebat̄ m · sequente vocali ī scansione · Vt est illud ennij · Milia milium octo · Q̄nq̄ꝫ aūt aspiratio accipitur ꝓ lrā · & tunc m · non abijcit̄ · sed sillaba cuiꝰ ipa est finalis · positione ꝓducitur · vt apud theodolum · Nec cuiq̄ꝫ hominū dedit indagare sepulcrū · Sed hͦ nostro tempe non licet · Fiebat etiam in alijs consonantibꝰ olim elipsis · vt patet in b · qͦd virgiliꝰ abijcit de hoc noīe sabburra vt sit p̄ma breuis · ꝓducit eñ p̄mā positōne · Fluctu iactāte saburra · Silr̄ subtraxit vnū p · de hoc nomīe iuppiter · vt ē illud · Mercurius · iupiter · neptunꝰ · Item i · cōsonās freq̄nter subt̄hit̄ de his verbis · abijcio · subijcio causa coꝛripiēdi p̄mā · In q̄bꝰ oībꝰ possūꝰ dicere ꝙ fit sincopa vel elipsis · Secundū aūt donatū elipsis ē cōsonatium cum vocalibꝰ ad se ocurrentiū q̄dam difficilis ac dura collisio · vt multū ille & terris iactatus & alto · Et dicit̄ ꝫm quosdam ab elido elidis · Vel dicitur ab en · quod ē in & lipsis quod ē defectus · quasi interioꝛ defectus · ¶ Et nota · ꝙ ꝑ has duas species · scꝫ sinalimphā & elipsim defendūt̄ omnes hiatus · & methacismi · q̄ in metro fiūt · vt ñ vicio deputent̄ ·

Anthitesis · est lrē ꝓ lrā positio · vt olli ꝓ illi · & impete ꝓ īpetu · & fit causa ornatus tm̄ · Grecis · dicit · Anthitesis fit si sedꝫ oꝛdīe sillaba verso · vt dispilcīa ꝓ disciplina · Et dicitur ab anti quod ē cōtra & thesis positio · quasi cōtraria positio · vel q̄si vniꝰ lrē ꝓ alia positio ·

Metathesis · est trāslatio lrārum in alienū locū · ꝑte nulla tamē ex dictione sublata vt euandre ꝓ euāder · & hoc fit causa necessitatis · Vñ ouidiꝰ · Agnoscēs in me frater mele agre soꝛorem · Nā si dixisset · meleager · non fuisset versus · Dicit̄ aūt metathesis · a metha qͦd est trās & thesis positio · Inde metathesis · i · tranpositio litere · Predicte methaplasmi spēs in his versibus cōtinent̄ · Prothesis apponit caput · auferesis qꝫ recidit · Syncopa de medio tollit · quod epenthesis augꝫ Aufert apocope finē · quē dat pagoge · Quā natuā iubet ꝓducere · sistole curtat · Extasis econtra ꝓducit coꝛripienda · Syneresim facies duo si iungūtur in vnum Dyeresim reddit sillaba facta due · Elipsis necat m · sꝫ vocalem sinalimpha · Methatesis teucre iubet · antithesis canit olli ·

¶ Sequit̄ nunc tractatus de scemate ·

De scemate amō siue allotheca ꝫm doctrinā donati videamus Nam in fine istius quarte ꝑtis videbimus de allotheca ꝫm doctrinam ꝑs · ¶ Scias ergo · ꝙ allotheca · i · aliena positio · dicit̄ scema a donato · Et in scema lexeos & scema dyāceos diuidit̄ ab eodē · Et nota ꝙ methaplasmꝰ ē remediū cōtra barbarismū Sed scema ē remedium contra soloecismū · Scema latine interp̄tatur figura · & est figura ꝫm ysidoꝛū que fit ī verbis vel sentētijs ꝑ varias dictionū formas propter eloquij oꝛnatū · ꝫm donatū due sunt eiꝰ spēs scꝫ scema dyanceos quasi oꝛnatꝰ sentētie · & ꝑtinꝫ ad oꝛatores & rhetoꝛes · scema nāq̄ꝫ figura vel modus loquendi dicitur · Dyanceos vero ḡtus grecꝰ est · & latine sonat sentētie · & de ista nichil ad presens · ¶ Item scema lexeos · i · oꝛnatus verboꝝ vel dictionū · & ꝑtinet ad grāmaticos · Lexeos genitiuus est grecꝰ · & latine sonat dictōis · vnde scema lexeos · i · figura verboꝝ vel dictionis · Huiusmōi aūt ꝫm donatum multa sūt scemata · Tamen ex oībus necessaria fere sunt decemseptem · quorum hec sunt noīa · prolensis · zeuma · yposensis · silensis · anadiplosis · anaphora · epanalensis · epyzensis · paranomasia · scesisonomaton · ꝑanomeon · omoeptoton · omoetelenton · poliptoton · yrmos · polisintheton · dyaliton · vel asintheton ·

Prolensis · est presumptio rerum oꝛdine secutarum · sicut infra plenius dicā cum

agā de allotheca ẜm priſ.

ZEuma·eſt vniꝰ verbi concluſio diuerſis clauſulis apta coniũctio·ẜm donatum. In doctrinali etiam ſic dicitur·Zeuma fit ĩ verbo ſi plurima clauſeris vno·vt himnꝰ chriſte tibi laus tibi gloria detur. De hoc pleniꝰ dicam infra vbi determinabo de allotheca ẜm priſ.

YPozenſis·eſt figura ſuperiori contraria· vbi diuerſa verba ſingulis q̃buſqȝ clauſulis proprie ſubiungunt̃·vt Sic regẽ adijt & regi memorat nomenqȝ genuſqȝ·Dicitur aũt ypozenſis eſſe contraria zeumati·q̃a qđ zeuma facit vno verbo iſta diuerſis peragit·Habet quoqȝ vnũquodqȝ verbũ ſuam clauſulam·vt Regem adijt·regi memorat·Vnde ſcđm quoſdam dicitur ab ypos qđ eſt contra & zeuma·q̃ſi contraria zeumati·vt vult donatꝰ. Beda eñ dicit·ꝙ q̃ndo verba vel ſententie ſingulis q̃buſqȝ clauſulis adiũgun tur·fit ypozenſis·Verba vt·Virtutẽ terribiliũ tuorum dicent·& magnitudinẽ narrabũt·Memoriaȝ abũdantie ſuauitatis tue eructabũt·& iuſticia tua exultabũt·Item illud apoſtoli ad corinth. Siue ꝓphetie euacuabunt̃·ſiue lingue ceſſabũt·ſiue ſcientia deſtruet̃·Sententie vt Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meũ·Et ſi exurgat adũſum me preliũ in hoc ego ſperabo·Scđm doctrinale vero fit·qñ plura ṽba addunt̃ vni ſuppōito·vt Nos viſitet·nos ornet·nos ſaluet gratia chriſti·Et dicit̃ ẜm hug·ab ypos qđ ē ſub·& zenſis dictio Vnde ypozenſis q̃dam figura vbi ſingulis ſenſibꝰ ꝓpria vnicuiqȝ clauſula eſt·Vel ẜm alios ypozenſ̃ dicit̃ ab ypos qđ eſt ſub·& zenſis iũctura ſiue iunctio·Vnde ypozenſiſ·id eſt·ſubiũctio·q̃a ſubiũgit verbũ vnicuiqȝ clauſule·vt vinũ letificat·ſuperbia inflat·iracũdia inflamat·rapacitas inquietat.

SIlenſis eſt diſſimiliũ clauſularꝫ per vnuȝ verbũ conglutinata conceptio ẜm donatũ·vt Hic illiuſ arma hic currꝰ fuit De hoc pleniꝰ dicam infra vbi agam de allotheca ſecũdum priſtianũ.

ANadyploſis·eſt q̃ndo ab eodẽ quo vnꝰ verſus finit aliꝰ incipit. Vnde dicit donatus. Anadyploſis·eſt congeminatio dictionis ex vltimo loco p̃cedentis verſus & principio ſeq̃ntis·vt Sequit̃ pulcerrimus aſtur·Aſtur equꝰ fidens·Et in pſalmo. Stantes erãt pedes noſtri in atrijs tuis hieruſalẽ· Hieruſalem q̃ edificat̃ vt ciuitas ꝛc·Doctrinale vult·ꝙ fiat qñ vbi finit ſillaba vnius pedis ibideȝ incipit alia·vt Pſallite deo nr̃o pſallite·pſallite regi noſtro pſallite Et dicitur ab ana qđ eſt ſurſũ·& dyploſis qđ eſt duplicatio·q̃ſi ſupioris verſus duplicatio·vel q̃ſi ſurſũ iterum duplicatio Vel dicit̃ ab ana qđ eſt re·& dyplon qđ ē plica·q̃ſi replicatio·quia dictio replicat̃ & eſt ideȝ cũ colore rhetorico q̃ dicit̃ cõduplicatõ

ANafora·eſt repetitõ vel relatio eiuſdem dictõnis ꝑ ꝓ̇ncipia plurium verſuũ·vt Nate mee vires mea magna potentia ſolus·Nate patris ſũmi. Et pſalmꝰ·Dominꝰ illuminatio mea & ſalꝰ mea quem timebo·Dominꝰ ꝓtector vite mee a quo trepidabo·Vel ẜm doctrinale fit qñ diuerſe clauſule continue ab eadẽ incipiũt dictõe·ut chriſtꝰ mũdauit·chriſtꝰ nos purificauit Vel te colo·te laudo·te glorifico·tibi plaudo·Iteȝ Tu dominus·tu vir·tu frater michi eras·Itẽ Vox domini ĩ virtute·vox domini in magnificẽtia·vox dñi confrigentis cedros·Et dicit̃ ab ana qđ eſt ſurſum·& foros qđ eſt ferre·Inde anafora·q̃ſi eiuſdẽ verbi uel dictionis relatio·q̃a qđ ſuꝑ eſt dictum· iterum fert̃·Vel đr ab ana qđ eſt re·& foros ferre q̃ſi relatio. & vocat̃ ĩ coloribꝰ rhetoricis repetitio

EPanalenſis·uel epinalenſis·ē ſermonis in ꝓ̇ncipio uerſus poſiti eiuſdẽ in fine replicatio uel repetitio·Vñ doctrinale·Principio fin̄t facit epinalenſ̃ eũdem·ut Multa ſuꝑ ꝓ̇amo rogitans ſuꝑ hectore multa·Iteȝ Nobis grata ꝓ̇us non ſũt modo cõgrua nobis·Itẽ deus q̇s erit ſimilis tibi·ne taceas neqȝ cõpeſcaris deꝰ·Et paulus·Gaudete in dñõ ſempꝛ iterꝫ dico gaudete·Et iuuenalis. Creſcit amor numi q̃ntuȝ pecunia creſcit·Er dicit̃ ab epy qđ eſt ſuꝑ & ana qđ eſt re·& lenſis qđ eſt ſumptio·Inde epanalẽſis·id eſt·ſupioris dictionis reſũptio·& uocat̃ a tullio conduplicatio· & eſt color rhetoricus.

EPyzenſis·eſt eiuſdeȝ uerbi in eodẽ uerſu ſine aliq̃ dilatione cõgeminatio·ut me me Itẽ conſurge conſurge·Itẽ in euangelio mathei·Hieruſalẽ hieruſalẽ q̃ occidis ꝓphetas·Iteȝ pſamiſ·Viuens uiuẽs ipe confitebit̃ tibi·Itẽ eſaias Conſolamĩ popule meꝰ·Et dicitur ab epy·quod ē iterare·& zenſis quod eſt coniunctio·q̃ſi iterata coniũctio·uel ab epy qđ eſt ſupra·& zenſis·quod eſt duplicatio·Inde epyzenſis·q̃ſi ſuperioris dictionis duplicatio·In hoc aũt differt epyzenſis ab epanalenſi·qꝛ epanalenſis habet multa ṽba in medio· ut Creſcit amor numi quãtuȝ pecunia creſcit·Epyzenſis ṽo nullũ uerbũ habet ĩ medio·ſed ſine mora idẽ repetitur·ut me me aſſũ q̇ feci ĩ me ꝯũtite ferrũ

PAranomaſia·eſt quotienſcũqȝ de nomĩe efficitur aliud nomen·veluti q̃dam denomĩatio·ut terentiꝰ in comedia·Non inceptio eſt amantiũ ſed amentiũ·ẜm donatũ·Vel paranomaſia·eſt ẜm quoſdã quãdo due vel plures dictiones ponunt̃·habentes idẽ principiũ vel eundem finem·ita ꝙ ſignificẽt diuerſa·ut Curia curaruȝ·genitrix nutrix miſerorꝫ·Beda aũt dicit·Paranomaſia·id ē·denoĩatio·dicit̃ quotiens dictio pene ſimilis ponit̃ in ſignificatõne diuerſa·mutata videlicet litera uel ſillaba·ut in pſalmo·xxj·iuxta hebraicã veritatem·In te cõfiſi ſũt & non ſũt cõfuſi· Et paulꝰ·videte malos oparios. videte conciſionẽ Nos eñ circũciſio qui ſpiritu deo ſeruimꝰ·Et đr ſcđȝ hug·a para quod eſt iuxta & noma qđ eſt nomen·Inde hec paranomaſia·id ē·ĩ ſignificatõne diuerſa dictio pene ipa·ut Abire aut obire te conuenit·id ē·exulem fieri aut mori·Item nõ curas vera ſed era·Vel dicit̃ a para quod eſt ad·& noma nom̃ Inde paranomaſia·id eſt·agnomĩatio·qꝛ ſic eſt ibi agnomĩatio. uocat̃ a tullio talis color rhetoricus agnominatio.

SCeſiſonomaton ſcđm bedã·eſt multitudo nominũ ꝯiunctorꝫ diuerſo ſono unaȝ rem ſignificantiũ·ut ĩ eſaia·Ve gẽti peccatrici·populo graui iniq̃tate·ſemini nequã filijs ſceleratis·Et ĩ pſalmo·Peccauimꝰ cũ patribus noſtris·iniuſte egimꝰ iniq̃tatẽ fecimꝰ·Vel ſcđȝ alios ſi dicam·Nubila nix grãdo ꝓcella flumĩa uenti. Et dicit̃ a ſceſis quod ē multitudo. & onamaton quod ē nominũ·Inde ſceſiſonomatõ q̃ſi multitudo noĩm Vel dicitur a ſceſis quod ē multitudo· & onoma· quod ē nomẽ·& theſis·quod eſt poſitõ·q̃ſi poſitio nominum ĩſimul poſitorum.

PAranomeon·eſt cuȝ ab eiſdẽ lr̃is multa inchoant uerba uel finiuntur·ut O tite

tute tāte tibi tanta tyrāne tulisti· ut talis sit ordo·
O tite tante tyrāne tulisti tute· id ē· tuipe tanta ti
bi· Item Machina multa minac̄ maxīa muris. Item
in psalmo· Benediximus vobis de domo dn̄i deus
dn̄s· Item scd̄m similitudinem serpentis sicut aspi:
dis surde zc̄. Item vitat vim virgo virilem· Et dr
a para qd̄ ē cōiūctio ul' ad· & onomeon· qd̄ est sil'e
quasi assimilatio vel coniūctio similiū· Et scias· ꝙ
hoc scemate raro vtendum est· ne eiusdem lrē assi:
dua repetitio fastidium generet·

OMoeptoton· est cū ī similes casus exeūt
verba diuersa Sicut apud enniū inuenic̄
Merentes flentes lacrimātes & miserā
tes· scd̄m donatuꝫ· Vel scd̄m bedam· Omoeptotō
est cum diuersis casibus variatur oratio· vt apl'us
dicit ad romanos· Quoniā ex ipso & per ipm̄ & ī
ipso sūt omnia· ipsi gloria in secula· Et in psalmo·
Niue dealbabūnc̄ in selmon montem domini· mō
tem vberem· Mons coagulat⁹· mons pinguis· vt
quid suspicamī montes vberes· Mons in quo be
neplacituꝫ est deo habitare ī eo· Et dicic̄ ab omos
qd̄ est vnum vel simile· & ptotos quod est casus· q̄
si vniformitas vel similitudo casuū. Vel dicic̄ ab
omoe· quod est simile· & ptotos· qd̄ est casuale· In
de omoeptoton. id est· oratio vel dictio similiū ca
sualiū· Vel ꝺm hug· omos quod est vnū· componi
tur cū ptotos qd̄ est casus· Et dicic̄ omoeptoton.
cuꝫ plura nomina per vnū casum denotantur· vt
Sed neqꝫ currentem· sed nec cognoscit eūtem· Tol
lentemqꝫ manū saxū in mare mouentem· Vel scd̄m
hug· Omoptoton· vel omoeptoton. est cum vno
modo plura verba sumunc̄· vt cū abiit abscessit e
uasit erupit. Itē cantate exultate & psallite.

OMoeteleton· est cum simili modo dictio
nes plurime finiunc̄· vt Eos reduci ꝙ̄ re
linqui deuehi ꝙ̄ deseri malui· Et fit pro
prie in verbis· vt Abiit abscessit· euasit· erupit· ut
vult ysidor⁹· Inter omoeptoton & omoetelenton
ꝺm quosdam hoc distat· qꝛ omoeptoton ē quotiēs
in similes casus verba diuersa exeūt· vt merētes zc̄
Omnes em̄ illi casus acti sunt· Omoetelenton vō
dicic̄ qn̄do plurima verba vnam habēt & similem
clausulā· vt Reduci ꝙ̄ relinq̄ & cetera· Alii dicūt·
ꝙ fit cum duo versus vel due clausule medietates
versuū in fine similiter terminanc̄· vt sūt vers⁹ leo
nini & caudati & cōcathenati· Beda vero dicit· ꝙ
omoetelenton est quotiēs media & postrema vs⁹
siue sententie simili sillaba finiunc̄· vt in ecclesiaste
Meli⁹ est videre qd̄ cupias ꝙ̄ desiderare qd̄ nescias
Itē meli⁹ a sapiēte corripi ꝙ̄ stultoꝝ adulatōe de
cipi· Hac figura sepe poete & oratores vtuntur·
Poete hoc modo· Peruia diuisi patuerunt cerula
pōti· Oratores vero ita· Beat⁹ iob deo soli & sibi
cognit⁹ in tranq̄llitate ad nostrā noticiam pducen
dus tact⁹ est verbere· vt odorem suaꝝ viriū tanto
largi⁹ spgeret· q̄nto more aromatū meli⁹ ex incen
sione fragraret· Quo scemate ipē q̄ hoc dixit bea
tus papa gregori⁹ sepissime vsus fuisse reperitur
Et dicic̄ omoetelenton ab omoe· quod est similiū·
& telenton· quod est finis. q̄si consimiliū finis· Nā
telos grece latine finis vel termin⁹ dicic̄· Vel ꝺm
quosdam dicic̄ omoelentos· & tūc dicic̄ ab omos
qd̄ est vnū· & lentos qd̄ ē finis· q̄si hn̄s vnū fineꝫ

POliptoton· est multitudo casuuꝫ varie
tate distincta· vt Litora litorib⁹ cōtra
ria fluctib⁹ vndas Et scias ꝙ poliptotō
grece· latine dicic̄ multitudo casuum· vbi scꝫ multi
casus ponunc̄· sꝫ diuersi· vt in pdicto exemplo· Li
tora litorib⁹ zc̄· Ecce litora ē acts casus· & litori
bus dts· Et ꝺm hug· componitur a polis· quod est
pluralitas· & ptotos casus· Inde poliptoton· q̄si
pluralitas casuū· cū scꝫ diuersis casib⁹ sententia va
riatur· vt apud persiū· Ex nichilo nichil in nichilū
nil pōsse reuerti· Et vocac̄ in rhetorica traductio
q̄dam color rhetoric⁹·

YRimos· est series oratōis vel cōstructio
tenorem suū vsqꝫ ad vltimū seruans· vt
apud virgiliū In principio celū ac terras
camposqꝫ liq̄ntes· Lucentēqꝫ globū lune titaniaqꝫ
astra· Spirit⁹ int⁹ alit· ꝺm donatū· Beda vero dic̄
Yrmos· i· cōueniētia· dicic̄ qn̄ series orationis teno
rem suū vsqꝫ ad vltimū seruat· nulla videlicet alia
causa vel psona mutata· ut in psalmo· Deus ī noīe
tuo saluū me fac zc̄· vsqꝫ dū ait· Et non ꝓposuerunt
deū ante conspectū suū· Orat eī ꝓpheta vt auxilio
domini saluatoris ab hostiū insecutione liberetur.
Et scias. ꝙ yrmos est longa constructōis suspen
sio· vt apud autores sepe inuenic̄· Et dicic̄ yrmos
q̄si syrmos. a syren quod ē tractus· Nam vt dicit
hug· a syren quod est tract⁹· dicic̄ hoc syrma syri
natis· id ē· cauda vestis feminaꝝ· Syrma etiā dici
tur longa series orationis tenorem suū vsqꝫ ad vl
timū seruans· Scd̄m aūt hug· yrmos est sententia
continuate orationis tenorem suū vsqꝫ ad vltimuꝫ
seruans. Yrmos interptac̄ suspensio. Et differt yri
nos ab ypbaton· qꝛ yrmos ordinem seruat· ypbatō
turbat· & ideo yrinos continec̄ sub scemate· ypba
ton vero sub tropo.

POlisintheton. est multis annexa coniun
ctionib⁹ dictio· vt mater paterqꝫ nepos
qꝫ. Itē in psalmo· Domin⁹ conseruet euꝫ
& viuificet eū & beatū faciet eum ī terra· & nō tra
dat eū ī aīam inimicoꝝ eius Et dicic̄ a polis quod
est pluralitas· & sin. quod est con· & thesis· quod
est positio· q̄si habens plures positiones· i· coniun
ctiones· Vel dicic̄ a polis quod ē pluralitas· & sin
theton cōpositio· scꝫ q̄ndo plures ꝙ̄ due orationes
coniūgunc̄ ī vnā· q̄si plus ꝙ̄ sinthetō· vt dicit hug·
& est contrariū dyaliton

DYaliton· vel asintheton· est cōtraria poli
sinthetō· & fit ꝺm donatū q̄ndo sine cō
iunctionibus pūctatim ꝓferunc̄ dictio
nes· vt ite· ferte citi flamas· date tela· īpellite remos
Item Iubilate deo oīs terra· psalmū dicite nomīi
ei⁹· date gloriā laudi ei⁹· dicite deo zc̄· & ī himno·
Quē terra pontus ethera colunt adorāt pdicant·
Et dicic̄ a dya· quod ē dis· & lis diuisio· q̄si disso
lutio orationū· vt Ferro fame peste peristi· Et dici
tur dyaliton cōtraria polisintheton· qꝛ sicut illa
plures habet coniūctiones· ita ista n̄ habꝫ aliquaꝫ
Et vt dic̄ hug· Dya cōponic̄ cum lisis quod est so
lutio· Et dicic̄ dyalitos uel dyaliton· quasi dissolu
tio· scꝫ plurium orationum sine cōiunctione ꝓlata
rum· quādo videlicꝫ una oratio p subtractionem
cōiunctionū diuidic̄ ī plures species ꝙ̄ in duas· Si
uero diuidac̄ tātum ī duas· dicitur figura illa asin
theton ꝺm hug· Donat⁹ non facit differentiā īter
dyaliton· & asintheton· Et habet hec figura tres
formas· quoniā asintheton siquidē aut eq̄lia· aut
similia· aut ꝯtraria disiūgit· sic polisintheton· aut
contraria aut similia aut equalia coniungit·

ASintheton· idē est quod dyaliton secun
dū donatū· Et dicic̄ ab a. quod ē sine· &
sin qd̄ ē con· & thesis positō uel ꝯiūctō

.i.sine cōiunctione. & dicitur in coloribus rheto
ricis articulus. Hug. vero dicit. sintheton compo
nitur cum a. & dicitur asintheton quando scꝫ vna
oratio diuiditur in duas.

Sintheton. vt dicit hug. dicit̄ a sin quod
est con & thesis quod est positio. Inde
hec sintheton quedam figura. quādo scꝫ
due orationes iungunt̄ in vnam.

ANthiteton. ponitur ab ysidoro in libro e
thimologiarū. & non a donato. Et scd̄m
eum fit vbi contraria contrarijs compo
nunt̄. & sententie pulcritudinem reddūt. vt illud
Frigida pugnabant calidis. humentia siccis. mol
lia cum duris. sine pondere habentia ponḋ. Et di
citur ab anti qḋ contra. & theton qḋ est positio. q̄
si contraria positio. Vnde a tullio appellatur hec fi
gura contrarium. Doctrinale vero vbi agit de co
loribus rhetoricis dicit. Verba ꝑ antitheton respō
dent vltima primis. Sunt daniel noe iob castꝰ rhe
torqꝫ maritꝰ. Vide in anthiteta.

ANtitheta scd̄m grecismū fit. q̄ndo ꝑma
sentētia contrariat̄ alteri. Vt in primis
duobus versibꝰ boetij. Carmina q̄ quon
dam studio florente pegi. Flebilis heu mestos co
gor inire modos. Et appellat̄ a quibusdam antithe
sis. Est aūt anthitheta contraria positio. vel locu
tio. Et dicit̄ ab anti. qḋ est contra. & thesis quod
Compilo·a pilus ꝓ capillo dicit̄ pilo las·i·pilos auferre·Quod ꝯponit̄ cū con·& dicit̄ ꝯpilo las id eſt·ſimul pilare·& cor·pi·in iſta ſignificatōne·ſicut & pilꝰ·Itē a pila ꝓ inſtrumento terēdi deriuatur pilo las·quod ꝯponit̄ cū con·& dicit̄·Compilo as id eſt·contundē vel rape.furari·expoliare·Horaci us in ſermone. Ne te compilent fugientes·quid iu uat horꝝ·Proprie quidem cōpilare·ē aliena dicta ſuis intermiſcē·& hic hic cōpilator toris·q̄ aliena dicta ſuis ꝑmiſcet·ſicut ſolent pigmentarij in pila diuerſa mixta ꝯtundere·Vnde horaciꝰ in ſermone Ne me criſpini ſcrinia cōpilaſſe putes· & ī hac ſig ficatōe ꝓducit pi ſecundū hug·Vel ꝯponit̄ compi lo a con & pilū·Vnde dicit magiſter bene·Cōpilo id eſt·cum pilo frāgo ſeu fodio ꝓd̄.pnl't·& cōpo nit̄ ab eo qd̄ eſt pilū·Vnde horaciꝰ·Ne te cōpilēt fugientes quid iuuat horꝝ·i·ne te ꝯfodiāt·Pap̄·di cit etiā·Cōpilator qui aliena dictis ſuis ꝑmiſcet. Vide in pilo las·Cōpilo ergo a pilꝰ cor·pnl't·Cō pilo las a pila vel a pilū eā ꝓducit. Vnde verſus· Compilo tollo pilos·compilo ſcripta librorꝝ

Compingo. Pango·i·iungo vel impello cōponit̄ cū cō·& mutata a ī i. dicit̄ ꝯpīgo gis ꝯpegi pactū id eſt·impellere vel ꝯiungere.conglutinare·confor tare·Vnde in iob·x. Oſſibus & neruis ꝯpegiſti me· Itē cōpingo pōt ꝯponi a con & pingo gis·& dicit̄ ꝯpingo is pinxi ctū ere·i·ſimul pingere·

Compitū·a competo tis dicit̄ hoc ꝯpitū ti·colle ctio pluriū viaꝝ·ſcilicꝫ locꝰ vbi plures vie ſe ꝯpe tūt & ꝯueniūt·ſicut eſt biuiū triuiū & quadruuiū vel ꝯponitur a con & pital qd̄ ē via·vn̄ h & hec cō pitalis·& hoc le·& cor·pnl't·ꝯpitū

Complector·Plecto ꝯponit̄ cū cō·& dicit̄ cōple ctor eris verbū ꝯmune olim nunc deponēs·& ē cō plecti·ſimul vtriſqꝫ brachiis cingere·Vnde hic cō plexus xus xui·Et ꝯplexim aduerbiū·Et hec cōple xio actꝰ ꝯplectēdi·vel q̄dam argumētatio q̄ vndi qꝫ ꝯplectit̄ aduerſariū·Et hec a latinis dicit̄ cōple xio vel cornutꝰ ſillogiſmꝰ a grecis dilema. Et com plexio dicit̄ natura vel diſpoſitio·Vnde hic & hec cōplexionalis·& hᵒ le·Complexionaliter aduerbi um·Et hec ꝯplexionalitas·Et ꝯplexionatus ta tū· complexione participans vel diſpoſitꝰ·Itē cōple xus accipit̄ in paſſiua ſignificatōe·i·ꝯiunctus vel ꝯpoſitꝰ·vt Sermo cōplexꝰ dicit̄ ꝯſtans ex dictōni bus·ſcilicꝫ oratio & ꝯpoſitio Et ꝯponit̄ incōplexꝰ xa xū·Itē a ꝯplector dicit̄ cōplexor aris freq̄ntatiū De noibꝰ complexiuis dixi in tercia parte in capi tulo de ſpeciebus nominū

Complex·a cōplico cas dicit̄ hic & hec & hoc cō plex cis·i·in malo ꝯſentiens·alterius dolo ſimul cō ſentiēs·Proprie quidē ꝯplex ē·qui aliquo peccato vel crimine eſt alteri implicitꝰ·Ad malū ſemꝑ·ad bonū nunq̄ꝫ dicimꝰ complex

Complexio onis·actꝰ ꝯplectēdi·Vide in comple ctor eris·Itē complexio eſt quidā color rhetoricꝰ de quo ſupra dixi in quarta parte in capitulo de co loribus rhetoricis·

Complexꝰ xa xū in complector cteris eſt·

Complicitas tatis fēi gn̄is·i·ꝯcors inter duos vlᵉ plures doloſitas·in malo conſenſꝰ·Et format̄ a cō plex cis ci.addita tas fit complicitas·

Complico cas plicui plicitū·Inuenit̄ etiaꝫ compli caui & complicatū maxīe apud antiquos·& eſt cō plicare ſimul plicare·Et ꝯponit̄ ex cō & plico cas· Verbale tamen retinet a vt complicatio·De hoc vide in plico cas·& corripit pli penult·complico

Complodo dis ploſi ploſū ex con & plodo is·& eſt cōplodere ſimul plodere·vel inſimul reꝑcutere· claudere manꝰ·Et ponit̄ ſimpliciter ꝓ ꝯiungē vel ꝯcutere·Iudicū·vii ·Ceperunt bucinis clangere & ꝯplodere inter ſe lagenas·& ꝓdu.plo·Vide ī plau

Comploſꝰ ſa ſū·i·ꝯcuſſꝰ vel ꝯiunctꝰ a cō do is plodo dis·& ꝓd̄·plo·& ſcribitur per vnum s

Compluo pluis pluui vel plui ꝑ ſincopā·i·pluuia irrigo·& eſt verbū actiū·& cōponit̄ a cō & pluo Vnde cōplutio onis·Et cōpluor eris ī paſſiuo·vn̄ cōplutus ta tū pnl't·ꝓd̄·Amos q̄rto ca·Pars vna cōpluta eſt·& pars ſuꝑ quam non pluit aruit.

Complutus ta tum in compluo vide

Compluuiū uij locus ad quaꝫ multe pluuie cōflu unt vel cōpluūt·& dicit̄ a compluo pluis

Compono nis poſui poſitū ex con & pono ponis & eſt componere ſimul ponere vel ſepelire vel con ſtituere vel ornare· Vnde & dicit̄ vox compoſita id eſt·ornata & elementariis ſonis diſtincta·ſcd̄m hug·Inuenit̄ etiā cōpono in aliis ſignificatōnibus ſicut continet̄ in his verſibus·Componit·ſepelit· cōiūgit fingit & ornat·Inſtruit īformat pacificare

Compos potis·i·competēs·aſſecutor ſui ſolet voti cui omnia ſuccedunt ad votū·Et eſt cōmunis gn̄is declinatōe·& conſtructōe eſt omnis ge·Vn de boetius·Conſtat eternū bonū eſſe ſui compos· De hoc dixi ſupra in tercia ꝑte in capitulo de omi gn̄e·& corripit pnl't·compos in obliquis

Compotio tis iui ire·i·īueſtire·vt Mando vobis vt cōpotiatis eū p̄benda ſua·& deriuat̄ a compos

Compotiſta ſte·vide in compotus

Compoto tas taui tare·i·ſimul potare·Et eſt po tare luxurie·Bibere vero nature·& ꝓducit po·In de hic compotor toris·& hec compotrix tricis·vn de dicit Pap̄·Compotator vel compotatrix ſimul

potās· vl' compotatoꝛ a cōpoto tas·i·simul bibere
vltra modum·

Compotrix vel compotatrix· Vide in compoto
tas. & ꝓducit penultimā naturaliter

Compotꝰ·a cōputo tas vel a cōputatoꝛ toris di
cit̃ cōpotꝰ ti·id est·numeratio vel numeri assigna
tio vel doctrinalis ars· Antiqui tamen dicebāt cō
putꝰ sicut exigit deriuatō· quod nos abhorremus
ꝓpter vocis absonantiā· Vnde hic & hec cōpotista
ste qui docet compotū· vel qui vacat compoto·&
corripit po cōpotus vbiqꝫ

Cōmp̄hendo dis hendi hensū ere·i·simul p̄hendē
simul cape. & ꝯponit̃ ex cō & p̄hendo dis quod ē
idē qđ p̄ɛ̄do is· Vide in prehendo dis

Comprendo dis di comprensū idē ē qđ cōprehē
dē·& cōponit̃ a cō & pɛ̄do dis. vide ī pɛ̄do dis

Comptꝰ ta tū·i·oꝛnatus·planatꝰ a como comis·
Ouidius epy· Sint procul a nobis iuuenes vt femina cō
pti· Et cōpat̃ cōptꝰ tioꝛ tissimꝰ· Vnde compte ti
us tissime aduerbium

Compunctꝰ A cōpūgo gis dicit̃ cōpunctꝰ ta tū
quod cōponit̃ incompunctꝰ ta tū· Et a gt̃o cōpū
cti addita o· fit cōpunctio onis·& ē cōpūctio pec
catoꝝ suoꝝ cū meroꝛe recoꝛdatō

Compungo gis ere·i·simul cōmouere·peccatoꝝ
suoꝝ reminisci·contristari·vide etiā in pungo gis·

Computo tas taui tare pnl't·coꝛ·id ē·ꝯnumerare
simul putare Vn̄ hic cōputatoꝛ toris·& computa
toriꝰ ria riū Vide etiam in puto putas

CON prepositō scribit̃ p o & n· & nunq̄ꝫ in
uenitur in appōne sed in compōne tantuꝫ
sicut di dis re se an·& mutat quādoqꝫ n·
in m·maxime sequēte b·vt cōburo·m ·vt cōmitto·
p vt cōpono·Item con in cōpositōe qn̄qꝫ ꝑdit n se
quente vocali·vt coeo is causa euphonie·sicut dixi
supra in p̄ma ꝑte vbi egi de sillaba ī ca. de n Inuēi
tur āt cū scriptū ꝑ u & m & venit solū ꝑ appositio
nem ·& hoc intelligo ꝑ se vt dicā in suo loco

Conamen inis gn̄is neu·nisus temptatō a conor
aris·& ꝓdō·pnl't·ī ntō sed ī obliq̄s eam corripit

Conatꝰ tꝰ tui mas·gn̄is & adiectiue conatus ta
tū·i·nisꝰ tēptatꝰ A conoꝛ aris quod ē ānit̃i attem

Conca a cauo uas dicit̃ hec cōca ce·qꝛ sit ꝑtari
caua·vel qꝛ deficiēte luna cauat̃·i·euacuat̃·& īue
nit̃ cōca ꝓ quodā terreo vase & ꝓ testa cuiusdā pi
scis·& ꝓ ipso pisce qn̄qꝫ inuenit̃· Itē nota esse mul
ta gn̄a concaꝝ inter quas margaritifere habent̃·q̄
& coclee dicunt̃ in quaꝝ carne p̄ciosꝰ calculꝰ so
lidatur·& dicūt ꝙ nocturno tꝑe litoꝛa appetūt·&
ex celesti roꝛe margaritas cōcipiūt· vnde & coclee
vocant̃· Itē cōca gn̄aliter appellatur omnis piscis
testam habens· vide in margarita

Concaleo les lui·id est ·simul calere ex con & ca
leo · Psalmista Cōcaluit coꝛ meū intra me

Concēdo dis concēdi concēdere id est simul cāde
re ex con & candeo des·

Concenturio rias vide in centurio rias

Concentus tus tui·id est ·cōueniētia & cōcoꝛdā
tia & ꝓprie in cantu· & dicit̃ a concino nis secūdū
hug· Pap·vero dicit Concentꝰ cantꝰ mixtꝰ·id est
simphonia a cōcino. Cōcentꝰ etiā celi dicit̃ a quibꝰ
dā esse·i· consonātia planetaꝝ· Concentꝰ etiā dici
tur cantꝰ cōtinuꝰ & laus bonoꝝ·vnde iob xxxviij
Concentū celi quis doꝛmire facit·

Conceptaculū li locꝰ ꝯceptōis a cōcepto tas

Conceptio quasi simul captio & est cōceptō q̄dā
species allothece que alio nomīe dicit̃ silensis de q̄
dixi ī quarta ꝑte vbi egi de allotheca scd̄ꝫ ꝑs·i ca·
de silēsi Pap· vero sic dicit . Conceptꝰ susceptꝰ·cō
ceptōes cū aliq̄d certū mēte cōcipimus·vt si pares
iūgant̃ numero pari par quoqꝫ fit nūerꝰ ꝓductꝰ

Concepto tas freq̄nt̃ cōcipe a ꝯcipio conceptum

Concessio ē apđ rhetoꝛes cū reꝰ nō id tu u in o
qđ factū ē defēdit·sed ut ignoscat̃ postulat

Concidentia tie quasi simul cadentia· vt concidē
tia generum est cum diuersa genera simul cadunt ī
eadem voce·& dicit̃ a concido dis

Concido dis cidi cidere·id est simul cadē a con &
cado dis· & caret sup·& coꝛ·ci Gen̄·iiii·Concidit
vultꝰ eius·Itē concido dis di cidē·id ē simul cedē
& tunc componit̃ a cō & cedo dis di & ꝓdō·ci vbi
qꝫ·Iob xvi·Concidit me vulnere sup vulnꝰ

Concieo.cieo vel cio cōponit̃ cū con·& dicit̃ con
cieo es iui itum·& concio is iui itum·id est commo
nere vel cōuocare·& ꝓducit pnl't·concitū quando
venit a concio is·sed quādo venit a cōcieo es coꝛ·
vide in cieo cies iui itum

Concile· a conca dicit̃·hoc concile lis vel concilīū
id est·piscis qui latitat in conca de cuius sanguine
tingitur lana & fit purpura·vnde & quādoqꝫ pōi
tur ꝓ tali tinctura·quādoqꝫ ꝓ viciis q̄ coinq̄nant
& tingunt et inficiunt ad modū illiꝰ tincture· Qn̄
qꝫ ꝓ inq̄natis et soꝛdidis et tinctis tīctura vicioꝝ
vnde iuuenalis ꝓ viciis vel vicōsis illud ponēs ait
Hoꝝ ego nō fugiā concilia· et producit ci

Concilegꝰ gi mas·ge·qui cōcilia legit·id est colli
git·et cōponit̃ a concile et lego gis et coꝛ·le

Conciliabulū li dicit̃ a conciliū quasi consiliabulū
vel locus in quo accipimus cōsilia vel locus ī quo
multi homines sunt sui iuris

Concilio·a cōciliū dicitur concilio as aui·amicum
et concoꝛdem facere·ad integritateꝫ reuocare·con
iungere·sociare translatiue·quasi cilia coniungere
Et nota ꝙ maioꝛes minoꝛibꝰ conciliant̃·et nō ecō
uerso· et componit̃ reconcilio as·conciliātur noui
amici·reconciliātur veteres·Itē ꝯciliamur deo qn̄
primo a gentilitate couūtimur·recōciliamur q̄ndo
post peccatū penitendo regredimur·et est cōcilio
actim cū suis cōpositis

Conciliū lii componitur ex con et ciliū quadam si
militudine cilioꝝ·quia sicut cilii iūgūtur cū oculi
quiescere cupiūt·ita quoqꝫ cōcoꝛditer iunguntur
homines in concilio·et est tractū a romano moꝛe·
tꝑe eñ quo cause agebātur cōueniebant omnes in
vnum·et cōmuni intētōe tractabāt· vnde et cōcili
um a cōmūi intentōe et a cōmuni ꝯuentōe dictū ē
quasi consiliū vel quasi considium

Concino as aui are·i·commiscere· cōponere·oꝛdī
nare·p̄ꝑare. vnde ꝓpheta· Ligua tua cōcinabat do
los·i·commiscebat·componebat· Item ꝓuerbioꝝ
xii· Qui aūt testis est repētinꝰ concinat liguaꝫ mē
dacii·et deriuatur a concinus ni

Concinꝰ cini.a cō et cinus cōponitur concinꝰ na
nū·concoꝛs.affabilis·benignꝰ·in quo moꝛes cōcoꝛ
diter cōmixti et positi sūt·et compatur concinior
issimꝰ·vnde concine niꝰ nissime aduer· et hec cōci
nitas tatis·concoꝛdia·cōgruitas·et ꝑ compositōeꝫ
īconcinꝰ. vel secundū quosdā concinꝰ ꝯponit̃ a cō
et cignꝰ·et concoꝛs et consonās·sic̃ cātꝰ cignoruꝫ

Concino·nis·cōcinui concentū·i·sil' vl' concoꝛdit̃
canere·cū alio cōuenire. ex con et cano is·et coꝛ·ci·

Concio·cis ciui·citū·i·cōmonere vel conuocare·
vnde hec concio onis·i·conuocatio· vide ī cōcieo

Concionabulū a concionoꝛ naris dicitur hoc con

cionabulum li.i. conciliũ vel locꝰ conciliorũ. vnde in decretis innocentii pape. Si statim cederes de tuo pessimo ꝯcionabulo

Concionor aris natꝰ nari. q̄si populũ alloq̄ ꝯuentũ facere. & dicit̄ a ꝯcio onis q̄d ē ꝯuocatõ

Concipio pis cepi ptũ ex cõ & capio. & est concipe simul cape. vnde & mulier dicit̄ ꝯcipe q̄n spma viri cũ suo ꝯcapit̄ & ꝯcrescit. Cõcipe etiã inuenitur ꝑ mẽte vel ĩ mẽte ꝯcipe vel intelligere. vñ versꝰ. Cõcipit hoc mẽte. mulier sed ꝯcipit aluo.

Concipiones a ꝯcipio is d̄r hec ꝯcipio onis. & sũt ꝯcipiões q̄dã stelle q̄ ꝯcipiẽtibus aptant̄ & fauent

Concisio onis fe. ge. pnl̄. ꝓd. q̄si simul cesio. a cõcido dis. Phil̄. iii. Videte ꝯcisionẽ

Concitariũ rii. i. donũ impatoris a ꝯcito as. qr excitat animos militũ ad obediendũ ei

Conclasso as verbũ neutꝝ. id est. conclamare. cõboare vel naues ꝯiungere. congregare. Et componitur a con & classicum

Conclauis. a cõ & clauis componit̄ hec cõclauis uis. ablatõ ab hac ꝯclaue. & hoc ꝯclaue uis. ablatõ ab hoc ꝯclaui dicit̄. i. cella vel thalamus. camera secreta sub claue domꝰ alterꝰ clausa. vel q̄ sub multis clauibꝰ ꝯtinet̄. & ad quã ꝑ multas claues venitur. Vnde in. iiii. li. reḡ. ca. vi. d̄r. Helisēꝰ ꝓpheta q̄ est in isrhael indicat regi isrhael omnia verba q̄ locutus fueris ĩ ꝯclaui tuo. Itē regũ. ii. ca. iiii. Ille dormiebat sup lectũ suũ in ꝯclaui. & ꝓd. penul.

Conclino. a cõ & clino as ꝯponit̄ ꝯclino as. id ē. simul clinare pnl̄ē. ꝓd. vnde hic & hec conclinis & hoc ne. & ꝯclinꝰ na num

Concordia die. a cõcors. i. ꝯueniẽtia cũ alio pacificatõ. Itē ꝯcordia ē color rhetoricꝰ de quo dixi ĩ q̄rta pte ĩ ca. de col̄. rhetoricis. vidē etiã in pax pacis.

Concordo das daui dare verbũ neu. absolutũ. & d̄r a ꝯcors dis scđ͠z hug. Pap̄. vero dicit. Cõcordare ꝯuẽire. vnꝰ ordĩs fieri. ꝯcordo & ꝯcordor ĩueĩt̄

Concors. cor ꝯponit̄ cũ cõ. & dicit̄ hic & hec & hoc ꝯcors dis oĩs ge. q̄i vnꝰ & eiusd̄ cordis. vnde ꝯcordit̄ adũ. & hec ꝯcordia a quo ꝯcordiosꝰ sa sũ.

Concremo mas maui. a cõ & cremo mas. & ē cõcremare simul cremare. & corripit cre

Concretꝰ. a ꝯcresco scis d̄r ꝯcretꝰ ta tũ pticipiũ coagulatꝰ vel ꝯmixtꝰ crescendo vel simul cretus. vnde ꝯcretim aduerbiũ. i. coagulatĩ. ꝯglobatĩ. scđ͠z hug. vel p̄t dici ꝯcretꝰ a ꝯcerno. vñ dicit Pap̄: Cõcretꝰ a ꝯcerno. i. ꝯiunctꝰ. ꝯglobatus

Concuba be ge. cõ. pnl̄t. cor. q̄ vel que cũ alio cũbit vel cubat a ꝯcubo bas. vel a ꝯcũbo bis

Concubina. a ꝯcubo bas. vel a ꝯcumbo bis dicitur hec ꝯcubina ne q̄ ad vsum veneris non legitime tenet̄. vnde hec ꝯcubinula le. dimi. & hic & hec cõcubinalis & hoc le. & ꝯcubinarius ria riũ in eodē sensu quod ad concubinam pertinet. & hic concubinatus tus tui talis ꝓprietas.

Concula. a cõca d̄r hec cõcula le di. pua cõca & cõcula d̄r q̄dam mẽsura q̄ dragma & dimidia est

Cõculco cas aui care. i. simul calcare. superare. ex con & calco calcas

Cõcupiscẽtia tie. vide in cõcupisco scis

Concupisco is verbum inchoatiũ a cõcupio pis a quo hic & hec & hoc ꝯcupiscẽs is compat̄. & inde cõcupiscenter. & hec cõcupiscẽtia tie. Et scias ꝙ ũba inchoatiua carẽt p̄teritis vt feruesco. nisi forte a scisco & cõcupisco que modo nõ significãt ĩchoatõnem. vnde habent preterita suoꝝ primitiuorũ scꝫ asciui & cõcupiui. & valet tm̄ nunc cõcupisco quãtũ cõcupio. vnde cõcupiscẽtia non cõcupiẽtia

Concurrẽs scđm ꝙ sumit̄ a cõpotistis est supexcrescẽtia vnius diei vel pluriũ supra q̄nquagitadũas septimanas vel pluriũ. ideo dixi quia in anno bisextili supexcrescũt duo dies. In reliq̄s vero annis vnꝰ tãtũ. Vnde versꝰ. Hedomade decies quĩne numerant̄ ĩ anno Atqꝫ due post quas lux vna due uesupsunt. Et ab illo incremẽto origĩnẽ habẽt cõcurrentes. alii postea formant̄ vno addito. sic tamẽ ꝙ septenariũ numerꝝ nõ excedãt. Vnde scias ꝙ p̄mus annꝰ cicli solaris habꝫ vnũ ꝓ cõcurrẽte. secũdꝰ habet duos. Tercꝰ habet tres. Quartꝰ habet quattuor. Quĩtꝰ sex ꝓpter bisextilẽ. Sextꝰ habet septẽ Septimꝰ habꝫ vnũ. & sic ꝓcedẽdo vsqꝫ ad. xxviii. annos inuenit̄ ꝙ postea reuertit̄ ad caput ꝓcedendo ꝑ ordinẽ sicut priꝰ. vnde & appellat̄ circulꝰ solaris siue cõcurrentiũ. Si aũt vis scire quotus sit ãnus cõcurrentiũ adde annis domĩ nouẽ annos. & a totali sũma subtrahe. xxviii. quotiẽs poteris & quotꝰ sit annꝰ cicli solaris q̄d residuũ fuerit d̄mõstrabit. & si nihil remãserit vltimus annus erit. Potest etiã sciri cõcurrens ꝑ hos versus. A. sex. b. v. c mi. e. ii. d. iii. Primꝰ cõcurrẽs f. septimꝰ est g. Hoc est dicere. quãdo a. est lrã dominicalis tũc ē sextus cõcurrẽs. & quãdo b. est dominicalis litera tunc ē quintus concurrẽs. & sic de ceteris. q̄ aũt sit litera dominicalis omni anno patebit in pasca siue ĩ ope pascali quod feci

Concꝰ ci mascu. gn̄is quidam lapis qui in conca repit̄. & dicit̄ a conca ce

Cõdicio onis fẽi gn̄is cõponit̄ a cõ & dicio onis. q̄d est potestas. & est cõdicio lex vel pactũ. & tũc scribit̄ cõdicio ꝑ solũ c. sicut & dicio. Inuenit̄ etiã cõditõ ꝑ t. solã. i. cõstitutõ. & tũc est verbale huiꝰ verbi cõdo dis cõdidi ditũ. Itē a cõdico is xi ctũ deriuat̄ hec condicio onis. & subtrahit̄ t. & scribitur ꝑ solã c. & sũt condicões ꝓprie testiũ ã cõdicẽdo quasi condictiones. quia ibi non tantũ unus testis iurat sed plures. Nam in ore duoꝝ uel triũ testium stat omne uerbum. uel condiciones. quia int̄ se conueniat sermo testiũ quasi condictiones secũdũ hug. Pap̄. dicit. Condicio. cõuẽtio. potestas fortuna. casus exitꝰ. & cor. di condicio. Vnde ĩ aurora dicit̄. Dissipat condicio dissimilisqꝫ modꝰ

Condicionalis. a condicio dicit̄ hic & hec condicionalis & hoc le. & inde condicionaliter aduerbiũ. Vide ne decipiaris in ortographia huiꝰ dictionis condicionalis. quia potest scribi ꝑ c. vel ꝑ t. sic̄ & conditio a quo venit. sicut in condicio patet

Condico is. simul dicere. statuere. decernere. spõdere. vbi non vnꝰ sed plures dicũt. vbi unꝰ plura dicit. & componit̄ ex con & dico is. & ꝓd. ci

Condilomata te fe. ge. quoddã genꝰ glandiũ. instar nodoꝝ minutoꝝ. & dicit̄ a condilus dili

Condilomaticus. A condilus li. dicit̄ condilomaticus ca cũ. i. nodosꝰ. pustulosꝰ. Vnde condilomatica passio dicit̄ manuũ nodositas uel etiam aliorũ mẽbroꝝ q̄ plena sunt pustulis

Condilꝰ A condo is dicit̄ h̄ condilꝰ li. i. nodꝰ. & p̄cipue qui apparet ĩ articulis digitoꝝ pugno clauso. quo solemꝰ quãdoqꝫ capita pueroꝝ ꝑcutere ludẽdo. et maximam lesionem inferre. Vnde marcial̄ capella. Ictibus crebris uerticem complicatisqꝫ in condilos digitis uulnerabat

Condio dis diui ditũ dire. quarte est coniugatõnis & simplex. i. saporare. dulcorare. & est uerbũ actiũ Inde hoc condimẽtum ti. Vel potest deriuari condio a condus di quod est genus ciphi & per

similitudinem corpa mortuoꝝ condiri dicunt̃· quādo specieḃꝰ aromaticis inunguntur· Geñ· l· Precepit qꝫ seruis suis medicis vt arōatibꝰ ɔdirēt patrem

Conditō onis a cōdo is itū· vide in condicō onis

Conditor toris mas· gñis deriuat̃ a ɔdio iui diditū· & sic ꝓ· pnl't· Vel potest deriuari a condo dis dere itū· & sic pnl't· cor· Vnde Conditor alme sideꝝ· i· actor factor· Vñ versus· Conditor abscōdit cōditor fercula condit·

Condit̃ quarte ɔiugatōis a cōdio is iui pnl't· ꝓ· sed condit̃ tercie ɔiugatōis a cōdo is· i· facē· ɔstruere edificare· cōstituere· & etiā ꝓ abscondere ponitur cor· penultimā· Vnde quidā· Condit̃ vrbs· condit̃ olus· sed condit̃ auꝝ

Conditꝰ ta tū a cōdo dis cōdidi conditū cor· pl't & sic sumit̃ geñ· xlix· ibi· Et lia cōdita iacꝫ· Itē conditꝰ ta tū a cōdio is iui itū ꝓ· pl't· & sic sumitur geñ· l· Et cōditꝰ aromatibꝰ repositꝰ ē ī loculo· Et coll'· iii· Sermo noster semꝑ sit sale cōditꝰ

Condo is ɔdidi itū· i· facere· edificare· cōstruē· cōstituere· & ponit̃ qñqꝫ ꝓ suo cōposito scꝫ ꝓ abscōdere· Condo componit̃ abscondo dis· Recondo is Et est compositū condo is· a con & do das· & cor· in supino pnl't· siue di· vide in do das

Condoliū lii neu· gñis· i· anulꝰ a cōdo dis

Condo onis mas· ge· i· gladiator a condo is

Condono as aui· i· sil' donare· ignoscē· cōcedere· remittē· & ɔpouit̃ ex con & dono & ꝓ· do

Conduco is xi ctū cōducere ex con & duco cis· & est cōducere simul ducere· aliquibꝰ ducatū prebere· mercede constituta aliquid ducere· vnde versus· Conducit ꝑciū tradens prebēsqꝫ ducatū· Qui capit ille locat cōducit q̇ preciū dat

Conduplicatō est quidā color rhetoricꝰ ď quo dixi supra ī· iiii· ꝑte in ca· de colorib· rhetoricis

Condꝰ di mas· gñis qǒdā genꝰ ciphi a cōdo dis· vel scd'm Pap· cōdꝰ cifꝰ patera poculū

Conestabularīꝰ· stabularīꝰ cōponit̃ cū cō & dicitur hic cōstabularīꝰ rii· quod freqntius inuenit̃ cōestabularius stabularii· & designat dignitatē siue officium· vnde hec conestabularia rie eius vxor vel dignitas

Confectus ta tū a conficio is feci fectū quod inuenit̃ in sex significatōnibꝰ· vide in cōficio· Papias sic dicit· Confecta debilitata· immūita· eximaniata· sꝫ ꝑt significare sex· sic & suū verbū·

Confedustꝰ ta tū a cōfedero as· i· in eodē federe cū alio cōiunctꝰ· scꝫ socius consors cōmanipularīꝰ cōsodal'· collateralis· cōcomes· collega· cōsocīꝰ contubernio· cōcubinarīꝰ· cōuictuarīꝰ· collaterensis·

Confertio tis cōferti cōfertū ex cō & fartio tis· & est cōfertire· cōspissare· cōstipare· replere· cōflare· in vnū colligē· cōmouere simul fartire

Confero fers tuli ferre collatū ex con & fero· & est conferre simul ferre vel cōmiscere· vnde & conferre dicit̃ pugnare disputare· Nā & q̇ pugnāt brachia conferūt· sicut qui disputāt verba· & est cōferre simul erogare· & est conferre quasi compare· cōgregare· sed bona cōferunt̃· mala vero inferunt̃

Confertꝰ ta tū· i· spissꝰ· constipatꝰ· repletꝰ· a confertio tis· Et cōpat̃ tior tissimꝰ· Itē a confertio cōferto tas verbū freqn· Pap· vero dicit· Conferta in vnū collecta· plena· compata· consociata· Luce· vi· Mensurā bonam & confertā coagitatā & supereffluentē dabunt in sinum vestrum

Confestim aduerbiū quasi cū festo· a con & festū quod est lignū ad quod tigna festināt· sic em̄ tigna festināt vt sint cū festo· sic & nos festināꝰ vt quod facere volumꝰ sine interuallo sit confestim· q̄si statim cum presentia pretereuntis rei vel tꝑis vel cōfestim componit̃ a con & festio as· vel a con & statim· sed prius dictum verꝰ est·

Conficō is confeci ctū· conficere ex con & facio is· & est conficere idē quod simul facere· Itē conficere finire ꝑficere Etiā conficere· i· destituē deficē vbi em̄ est cōfectō multaꝝ reꝝ ibi multaꝝ rerū est defectō· & cōficere· i· componere siue cōmiscere & secundū hoc ꝑtinet ad medicos qui multa commiscent ad faciendas suas confectōes· Et conficē· i· vincere vt vulgo dicit̃· Iste confecit hostes in ꝑlio & hec significatio est tracta a precedēte· vbi em̄ ē hostiū confectō ibi multoꝝ cōmixtio· Item cōficē id est· tingere· sic ergo conficere ī sex īuenit̃ significatōibꝰ· Itē cōficere· i· consecr̃e corpꝰ xp̄i

Confidēs a confido is dicit̃ confidēs tis om̄is ge & compat̃· Vnde confidenter tiꝰ tissime aduerbiū & hec confidētia tie· & accipit̃ in bono & in malo· vt cōfidēter vel cū fidentia iste loquit̃· i· audacter ꝑsūptiue· vel cū audacia vel presūptōe· & ꝓd· fi

Configo is xi ctū configere simul figere· ex cō & figo is· Et ꝓd· fi· Psal· Confige timore tuo carnes meas

Confinis a con & finis componitur hic & hec confinis & hoc ne pnl't ꝓducta· id est vicīꝰ eundem finē habens· vnde confiniter aduerbiū· & hec cōfitas tatis· et hoc confiniū ambo ꝓ vicinitate· vel locꝰ vbi fines duaꝝ terraꝝ conueniūt

Confio is iui ire confitū id est efficere ex cō et fio et trāsit ad actiuā significatōem· Accipitur etiā cōfire in passiua significatōne scꝫ pro effici· et ꝓd· i ā te o fio Vide in fio fis

Confirmatō est vnum de septem sacramentis de quo require in vngo·

Cōfitēs tis ge· oīs a cōfiteor eris et corr̃· fi·

Confiteor eris fessꝰ sū ex con et fateor compōit̃ Vnde h' confessor oris hec ɔfessio onis· h' et hec et hoc cōfitens participiū· Et cor· predicta fi· Vnde quidā Confiteor sponte fateor mea facta coacte Et sic scias ꝙ confessio est legitima coram sacerdote peccatoꝝ declaratō· & dicit̃ confessio quasi siml' vel ex toto vel vndiqꝫ fassio· nam ille vere confitetur qui totū fatet̃ Hic nota ꝙ septē circūstātie assignant̃ a tullio et a boetio· s· quis quid vbi q̇bꝰ auxiliis cur quomodo quando· Sed nunquid om̄is circumstantia est confitenda· Ad hoc dicunt quidam ꝙ omnes circūstantias q̄ aliquā notabilē quātitatē peccato addunt confiteri necessitatis est si memorie occurrant Alii vero dicūt ꝙ nō sunt confitende de necessitate nisi circūstātie q̄ ad aliud genus peccati trahunt et hoc ꝓbabilius est· Sed attēdendū est que ad aliā speciē mortalis trahunt· Cuius ratō est· quia venialia nō sūt de necessitate cōfessionis· sed solū mortalia que quātitatē infinitā quodāmodo habent· et quia circūstantie aggrauantes que aliā speciē peccato nō tribuūt· vel q̄ tribuunt quidē sed non mortalis peccati non sunt de necessitate confessionis· tamē ea confiteri ꝑfectionis est sicut et venialia· Item scias ꝙ sacerdos debet ꝑscrutari conscientiā peccatoris in confessione quasi medicus vulnꝰ et iudex causā· qr frequēter que ꝑ confusione confitens taceret interrogatus reuelat. Sed tamen ī īterrogationibꝰ faciēdis tria sunt attēdenda· Primo vt quilibet peccator interroget̃ de peccatis q̄ consueuerūt ī hominibus illīꝰ conditionis abūdare. Nō· n· oportꝫ ꝙ a milite de peccato

clericorum queratur aut religiosoꝝ aut econuerso. Secūdo vt nō fiat explicita interrogatō de peccatis. nisi de illis que omībꝰ manifesta sūt. ǒ alus vero adinuentōibꝰ peccatoꝝ ita debꝫ a longinquo fieri interrogatō vt si ɔmisit dicat. & si nō ɔmisit nō addiscat. Tercio vt de peccatis p̄cipue carnalibus nō descēdat nimis ad particulares circūstantias qꝛ huiusmodi delectabilia quāto magis ī spēali considerant̄ magis ɔcupiscentiā nata sūt mouere. vt dicit̄ ī iii. ethicoꝝ. & ideo pōt ɔtingere vt confessor talia querēs & sibi & ɔfitenti noceat. Et sic quādoqꝫ deficiūt in suo scrutinio iniquitates scrutantes scdm̄ illud dauitic̄. Defecerūt scrutantes scrutinio ¶ Volo etiā te scire ꝙ hō in ɔfessione debꝫ famaꝫ alteriꝰ custodire quātūcunqꝫ pt̄. sed suā ɔscientiaꝫ magis debꝫ purgare. & ideo si circūstantia q̄ ducit in ɔgnitōnem ꝑsone sit de necessitate ɔfessionis secundū regulā datā tūc debet ɔfiteri occultādo ꝑsonā ꝙ̄tū pōt. si aūt nō sit de necessitate confessionis debꝫ dimittere ne peccatū alteriꝰ ꝓdat. ¶ Debet aūt quisqꝫ saltē semel in anno ꝓprio confiteri sacerdoti. Sed qd̄ si peccator sciat sacerdotē suū hereticū aut solicitatorē ad malū. aut fragilē qui ad peccatū qd̄ quis ei ɔfitet̄ sit ꝓnus vel si reuelator esse cōfessionis ꝓbabilit̄ extimat̄. vel si peccatū contra ipm̄ sit de quo quis cōfiteri debꝫ Dico ꝙ in casibꝰ illis in q̄bus ꝓbabilit̄ timet penitēs ꝑiculū sibi vel sacerdoti. ex cōfessione ei facta debꝫ recurrere ad supiorē vel petere ab eo licentiā alteri confitēdi. ꝙ si licentiā habere nō possit. idē ē iudiciū ǒ illo qui nō habꝫ copiā sacerdotis. vnde magis debꝫ eligere laico ɔfiteri nec in hoc transgredit̄ p̄ceptū ecclesie qꝛ p̄ceptū iuris positiui nō se extēdit vltra ītentionem precipiētis q̄ est finis precepti. hoc autē est caritas scdm̄ apostolū. nec iterꝫ fit aliqua iniuria sacerdoti. qꝛ priuilegiū meret̄ amittere. q̄ cōcessa sibi abutit̄ potestate ¶ Itē scias ꝙ q̄nqꝫ casꝰ ponūt̄ q̄bus licꝫ alteri ɔfiteri ꝙ̄ ꝓprio sacerdoti sine eiꝰ licētia Primꝰ est si sit vagabundꝰ. Secūdꝰ si mutauit domiciliū. Terciꝰ si offēdit ī aliena ꝑrochia. Quartus ꝓpter maliciā sacerdotis. q̄ reuelat cōfessiones vel incitat ad malū. Quintꝰ in articulo necessitatis Sed hic queri potest Illud ꝑ quod impedit̄ diuinū mandatū. nō potest ꝑ mandatū vel p̄uilegiū alicꝰ hominis cōcedi. sed mandatū diuinū est ad rectores ecclesiaꝝ vt diligent̄ vultū pecoris sui agnoscant ꝓuer. xxvii. ca. quod impedit̄ si aliꝰ ꝙ̄ ipe confessionē eꝰ audiat. ergo hoc nō pōt ꝑ alicuiꝰ hominis priuilegiū vel mandatū ordinarii tolli. Ad hoc respōdeo. ꝙ rector ecclesie dēt vultū sui pecoris agnoscere duplicit̄. Vno modo ꝑ solicitā exterioris cōūsatōis ɔsideratc̄em. qꝛ inuigilare debꝫ sup gregem sibi ɔmissū. & in hac ɔgnitōe nō oportet ꝙ credat subdito. sed certitudinē facti ī ꝙ̄tum pōt inquirat Alio mō ꝑ ɔfessionis manifestatōnem. & ꝙ̄tum ad hāc ɔgnitōem nō pōt maiorē certitudinē accipe ꝙ̄ vt subdito credat. quia hoc est ad subueniēdū ɔscientie ipius. Vnde ī foro cōfessionis credit̄ & ꝓ se & cont̄ se. nō aūt in foro exterioris iudicii. & ideo ad hanc cōfessionē sufficit. ꝙ credat subdito dicēti se alteri absoluere valēti ɔfessū fuisse. & sic patꝫ. ꝙ talis ɔgnitō pecoris ꝑ p̄uilegiuꝫ alicui indultuꝫ de ɔfessione audiēda nō impedit̄. vide ī penitentia & in sigillū & in raptus

Conflages. a ɔflo as. hec ɔflages. i. loca mōtuosa ad q̄ multa ɔfluūt flamina siue venti. & facit gt̄ūs iū ɔflagiū. sic manes maniū. Et ꝓd̄. fla

Conflatoriū rii. ge. neu. locus vbi fit conflatō. & dicit̄ a conflo as secundū hug̊. Vel conflatoriū dicit̄ vbi ferꝝ vel argentū conflat̄

Conflictꝰ. a ɔfligo gis. hic ɔflictꝰ tꝰ tui. bellū pugna. & ɔflicto as verbū freq̄n. Inuenit̄ etiā ī depo. ge. ɔflictor aris. Et inde hec ɔflictatō onis. cūctatio. ɔtentō. pugna verboꝝ. Thimo. j. ca. vi. Conflictatōes hoim̄ mēte corruptoꝝ.

Confligo is. xi. ctū. cre. ex cō & fligo is. & est cōfligere. simul fligere vel pugnare. & ꝓ eodē sumit̄ ɔfligo as. & producit fli.

Conflo as ex cō & flo as. vide in Flo as

Confodio dis di. ɔfossū ere. i. simul fodere. ex cō & fodio. & corripit fo. in presēti. sed in pretito eā producit. vide in fodio is

Conformis. a cō & forma ɔponit̄ hic & hec ɔformis & hoc me. i. vniꝰ & eiusdē forme. Et inde conformit̄ aduer. & hec ɔformitas atis.

Confossus a um. ꝑ geminū s. quasi simul fossꝰ. iaculatus. vulneratꝰ. a cōfodio is di sū

Confotꝰ a um. i. silꝰ fotꝰ. a ɔfoueo es ui tū. & ꝓd̄. fo. Esa. lix. Et qd̄ ɔfotū ē erumpꝫ ī regulum

Confragꝰ a um. i. tumbrosꝰ. tumulosus. vel potius asper & spissus. cōdensatꝰ ɔfractōe ramoꝝ aridoꝝ. & dicit̄ a ɔfringo is secundū hug̊. Vel secūdū pap̊. Confraga dicunt̄ loca vbi vndiqꝫ vēti currūt ac frangunt se. & cor. fra

Confrater ex cō & frater ɔponit̄ hic ɔfrater tris. & ꝓd̄. fra naturalit̄. & dicunt̄ confratres q̄i simul fratres. siue in ecclesia siue in alio loco vel cōsortio siue etiā ꝭm carnē. De hoc vide in Frater.

Confratrissa se ex cō & fratrissa ɔponit̄ hec ɔfratrissa se. i. ɔsoror vel ɔgregatō ɔfratꝝ vel ɔsoroꝝ.

Confresꝰ a. um. i. ɔfractꝰ. ɔtritus ɔcussus. & dicitur a ɔfrendo dis. & producit fre

Confringo is. confregi. ɔfractū. confrīgere. id ē. simul frangere. & cōponit̄ ex con & frango

Confuga ge. com. gn̄is. simul cuꝫ alio fugiēs. & dicit̄ a ɔfugio is. & cor. fu

Confugela le pnl̄t. ꝓd̄. vide in confugiū

Confugiū. a confugio is dicit̄ hoc confugiū gii. & hec confugela le. securitas & tutela. vl̄ adiutorium vel locus refugii. & cor. pnl̄t.

Confundo. ex con & fundo is. cōponit̄ confundo dis cūfudi cōfusū. i. cōmiscere. vel cōfutare. conuīcere. arguere. ponit̄ etiā ꝓ decipe vel frustrari Ad rom̄. v. Spes autē nō cōfundit. i. nō decipit vl̄ frustrat̄ sperantē. & ideo nō facit erubescē. qꝛ dat qd̄ ꝓmittit. quia est de deo & in deo q̄ non potest decipe nec decipi. quando enī alicui aliq̄d promittit̄ & ei non dat̄ q̄dāmodo confūdit̄ & erubescit.

Confuto as aui atū are. ex con & futo as cōponitur. & producit fu. Et est verbū actīm. & ē confutare. arguere. conuincere. confundere

Conger vel congrus gri. quidaꝫ piscis similis anguille. sed grandis. & morat̄ in cauernis petraruꝫ sub aqua. Et dicitur a congero ris.

Congeries ei fe. gn̄is. i. cumulꝰ. a congero ris.

Congerminalis in germino as vide

Congero ris congessi. stum. ex con & gero ris cōponit̄. id est. simlꝰ gerere. congregare. accumulare. & cor. ge. Vide in gero geris

Congestus. a congero is. congestꝰ ta tum. i. simul gestus. congregatus. accumulatꝰ. & hic congestꝰ tus tui. i. congeries. accumulatio. & congestī. id ē. accumulatim aduerbium

Congiarium rii. i. bn̄ficium. donatio imperatoris.

quia qlibet impator fauorē populi captās adijcie bat vt largior videret in donis. Et etiā congiariuz dicit frustū carnis vndiqz equatū. & hic & hec cō gialis & hoc le. id est. rotundum.

Congio is iui itū ire. id est per augmentū cresce re vel equare vel congregare

Congius gii mas. gnis. genus mensure. scz sex sex tarioꝝ. & dicit a congio is

Conglobo. a cō & globo bas componit cōglobo bas. id est. simul globare. coaceruare. in modū glo bi rotundare. Vnde conglobatim aduerbiū. id est. spissim vel cumulatim. & cor. glo

Congredior eris gressus sū ex con & gradior. & mutat a in e. & ē ꝯgredi. ꝯcurrere siml' gradi. vl' cō fligē. pugnare. disputare. Illi aūt ꝓprie ꝯgrediunt q simul cōtra se gradiunt ad pugnā ũboꝝ vel ma nuū vel armoꝝ. & cor. gre.

Congruo is ex cō & gruo is. & est cōgruere. cō uenire. concordare. Vide in gruo is.

Congrꝰ ri. vide in conger

Congruꝰ. a ꝯgruo is dicit ꝯgruꝰ a um. i. conueni ens. & compat ꝑ suppletōem ꝯgruꝰ magis ꝯgruus simꝰ. Vnde congrue congruenter adūbia. Et hec congruitas tatis. idem qd conuenientia. Congruꝰ componit incongruꝰ. i. inconueniēs. & ꝯpat. vnde incōgrue. & hec incongruitas tatis.

Cohibētia a cōhibeo bes dicit hec cohibentia tie. id est. assensꝰ idē & ꝯueniētia & collibētia. vt ille sine cohibētia vel cōniuētia vel collibētia fratꝝ re cessit. i. sine assēsu. de hᵒ vide etiā in cōhibeo

Conhibeo. habeo cōponit cū cō. & retinet n. que auferē in cohibeo. & dr cōhibeo bes. i. oculos clau dere. & quia clausio oculoꝝ signat assensū. ideo cō hibere ponit pro assentire. obedire. & tunc inde di cit conhibentia tie

Coniecto ctas ctaui ctare. est freqntatīn de cō ijcio cis in omni sua significatōne

Coniector oris mas. gnis pnl't. ꝓd. tam in ntō ꝙ in obliqs dicit iterpres vel cōiecturis pitꝰ. sacrile gꝰ. diumꝰ. Et deriuat a conijcō is ieci iectū. Geñ. xi. Vt coniecturis veritas probaret

Coniectura. a cōijcio is hec coniectura re. iudici um suspicō. opinio. suspiciosa cogitatō. vel existīa tio. & hinc hic & hec cōiecturalis & hoc le. qd cō iectura aliq ꝑpendit vel hēt. vl' qd cōiectura sūit Vnde cōiecturalit adū. qi opinatiue

Conifer ra rū pnl't. cor. ferens conos. & componi tur a conꝰ & ferens vel fero

Conijcio is ieci iectū iicere. i. simul iacē. Item cō iicere. i. existimare. opinare. cogitare. ꝑpendē qbus dam cōiecturis. & ꝯponit a cō & iacio is. Geñ. xli Que audiui te prudētissime cōiicē. Et scribit cō iicio ꝑ duo i. qr cōponit a con & iacio is. & mutat a in i. Inuenit etiā coiicio cis abiecta n

Conniuentia tie que & alio nomine dicit cohibē tia. vide in conniueo es.

Conniueo es. & cōniuo is. cōniui xū vel cōnixi in preterito. facit supinū cōnixū. sed nō est i vsu. id ē oculos claudere vel palpebras iūgē. & ponit sepe ꝓ assētire. qr clausio oculoꝝ assensū signat & com ponit a cō & nix niuis. qr nix aciē ocl'oꝝ ꝑstringit. Albedo em̄ disgregat visū. & ꝓd. ni. Ita dicit hug in cōniueo. Vel ꝭm quosdā cōniueo cōponit a con & nitor eris. Pap. vero dicit. Cōniuere. cōsentire. oculos claudē. iterdū dissilare. paꝝ dormire. Inde cōniuens consentiēs qd ꝓd. primā & secundā secū dum pap. Vnde hec cōniuētia tie assensꝰ. vnde cō niuentia capitl'i factū est. i. assensu. Et in iii. sniaꝝ di. iii. Sane dici pōt & credi oportz iuxta sanctoꝝ attestatōs conniuentiā ꝛc. Grec. dicit Qui mihi cō niuz ocl'is signū mihi prebet.

Coniugalis pnlē ꝓd. in cōiūx est

Coniugatō onis fēi gnis. i. verborū conseqns de clinatō. & dr a cōiugo as qr ꝑ cōsonātes coniuga tas id ē affines & cōsimiles apud grecos discernit cōiugatō. & hec oratō ad grecos spectat. vl' dicit declinatio ũbi sic. qr pl'ima ũba cōiugāt i ea. i. sub eadē declinatōe ponūt. & hec oratō ꝑtinz ad ltīos

Coniugiū. a cōiūx dicit hoc coniugiū gii scz legi timaꝝ ꝑsonaꝝ inter se coeūdi & copulandi contra ctꝰ. vel legitima viri & mulieris coniūctio indi uiduā consuetudinē vite continens

Coniugꝰ. Iugū cōponit cū con vel sin qd est con & dicit coniugꝰ a ū. & siniugꝰ a ū inuenit. omnia in eodē sensu. i. eiusdē iugi vel sb eodē iugo positꝰ vñ qdam ꝓnomina ab aristarco dicūt cōiuga vel siniuga. id ē eidē iugo certitudīs vel diffinitōnis ꝑ sonaꝝ subiacētia. Et cōponitur icōiugꝰ ga gū. dis similis. non eiusdē cōiugii. vnde idē aristarcꝰ dicit verba nō esse cōiuga scz nō eodē iugo certitudinis & diffinitōis ꝑsonaꝝ subiacentia

Coniūctio a coniūgo is dicit hec coniūctō onis qdam parsoratōis indecliabilis coniūctiua aliarū ꝑtiūoratōis qbꝰ consignificat. Propriū aūt coniū ctōis est diūsa nomīa vel qscunqz dictōnes casua les vel diuersa verba vel aduerbia coniungere. Et scias ꝙ nulla coniūctō vel ꝑpositio aspirat. Et vt dicit Pap. Coniūctio est dicta ꝙ sensꝰ sentētiasqz coniūgit. Coniūctio etiā dicitur qdam color i rhe torica de quo dixi in qrta ꝑte i ca. de coloribꝰ rhe toricis. Et scias ꝙ nulla coniūctio cōponitur cuz verbo. vñ sisto est verbū simplex. nec etiā cū nomi ne cōpōitur cōiūctō ꝑter si & ne. vt siqs & neqs.

Coniunx gis cō ge. secundū quosdaz cōponitur a con & iugū. & dicūtur cōiuges quasi eiusdez iugi a iugo qd imponitur mrīmonio coniungendis. & quo copulantur ne seperentur. vel dicūtur coniuges pnlē. cor. a coniūgo is vel a coniūgendo qr sūt cō iūcti qd ntūs potiꝰ exigē videtur. Isid. vero dicit. ꝙ coniuges appellātur ꝓpter iugū matrimonii cui se sbiugant ne ꝑ discordiā seperentur. Scōz vero ꝑs. quē sequor coniūx deriuatur a coniūgo is. & habz n in ntō. sed non in obliqs. vnde i vi. libro sic dicit In x. desinētia si a verbis sint in go desinētibꝰ abla ta x. & addita gis faciunt gtīn. vt regis a rego rex regis. Coniūgo coniūgis coniūx gis. qd etiā i ge nitīo differētie cā n. amittit. ne si coniūgis dicamꝰ verbū esse putetur. Idē etiā i quarto li. dicit ꝙ cō iūx desinit in nx. sed i obliqs amittit n.

Conniuo uis i conniueo es exponitur

Connixi ꝑteritū de conniueo es

Connubo is. i. sil' nubē ex cō & nubo. vide i nubo

Connuo is nui nutū. id ē simul nuere vel ānuere & est verbū neutꝝ & cōponitur ex con & nuo is

Conon in conꝰ exponitur

Conopeū in canopeū exponitur supra

Conor aris natꝰ sū conari verbum deponēs. anni ti. attēptari. & dicitur a conꝰ ni et ꝓducit co. Vn de ouidiꝰ. Quidquid conabar dicere versꝰ erat

Conquerens tis ꝑticipiū de conqror ris. et est ge. om̄is. et corripit que. vide in queror ris

Conquexi est ꝑteritum de conquinisco

Conquinisco scis conquexi. id ē oculos claudere. vel caput inclinare

Conquirens tis ge. oīs pl't· ꝓo· vide in q̄ro ris
Conq̄ro is cōquisiui sitū conquirere· id est simł' q̄-
rere· & ꝓo. q & componit̄ a con & q̄ro·
Consanguitas est vinculū ꝑsonaruꝫ ab eodē stipi
te descendētiū carnali ꝓpagatōe ɔtractū· & dicit̄
ɔsāguinitas a cō & sāguis· q̄si ɔmunē sāgnīnem ha
bētes vel de vno sāguine ꝓcedētes. Et scias ꝙ sm̄
canones duo fratres sūt ī primo gradu· filii duoꝝ
fratꝝ in secūdo· nepotes ī tercio· ꝓnepotes ī quar
to Grado° aūt est habitudo ꝑsonaꝝ distantiū quo
ɔgnoscit̄ quota gn̄atōis distātia due ꝑsone inter se
differāt· Sed qd si aliq̄ persone attinent sibi ex vna
ꝑte in secūdo gradu vel tercio· ex alia vero in q̄nto
nūquid possunt contrahere· Dico ꝙ sic quia semꝑ
stādū est remotiori ꝑsone in cōsāguinitate· In hoc
em̄ casu remotior ꝑsona extra metā cōsāguinitatis
existit· vnde nō attinet illi ex quo de eius ɔsāguīta
te nō est· quoniā sicut olim omīs ɔsāguinitas in se
ptīo gradu terminabat̄· ita hodie in quarto· saltem
quo ad ꝓhibitōnem copule cōiugalis. Et vt dicit
Pap· Consanguinitas quasi sāguīs ꝓpinquitas· cō
sanguinei sūt dicti· q ex vno sanguīe· id est ex vno
patris semine nati sunt
Conscidi disti p̄teritū de cōscindo dis & cor· sci·
Esdre ii· li· ca. xxiii· Cōscidi vestimēta mea.
Conscientia· a ɔscio is deriuat̄ hec ɔscientia tie co
gnitō sui ipius cordis Et scias ꝙ cōscientia errans
& recta obligat diuersimode tamē· Nam cōsciētia
recta obligat simpliciter & ꝑ se· Hoc em̄ est dicta
tū ꝑ ipsā qd in se bonū est· & ex iudicio ratōnis bo
nū apparꝫ· Vnde si nō fiat malū est & si fiat bonū
est· Sed ɔscientia erronea nō obligat nisi ꝑ accidēs
& scd̄m q̄d· Si em̄ dictat aliquid faciendū illud in
se fieri cōsideratū nō est bonū necessariū ad salutē
sed apprehendit̄ vt bonū· & ideo cuꝫ non liget nisi
secundū ꝙ est bonuꝫ nō obligat̄ voluntas ꝑ se ad
hoc sed ꝑ accidēs scꝫ ratōe app̄hēsiōis qua iudicat̄
bonū· & ideo si fiat aliq̄d quod ē secundū se malū
quod errās ratō tn̄ iudicat bonū peccatū non eui
tat̄· si aūt nō fiat peccatū incurrit̄· Et si obiicias vi
det̄ ꝙ consciētia erronea nos nō obliget· p̄ceptuꝫ
em̄ inferioris nō potest obligare ɔtra p̄ceptū supi
oris· sed de° supior est nostra ɔsciētia· ergo cōsciē
tia nostra nō potest nos obligare ad peccatū faci
endū suo precepto· Dico ꝙ ɔscientia obligat non
virtute ꝓpria sed virtute p̄cepti diuini· nō em̄ con
scientia dictat aliquid faciēdū hac ratōe ꝙ sibi vi
detur· sed hac ratōe quia a deo preceptū est· vnde
ꝑ accidēs ex virtute diuini precepti obligat inquan
tū dictat hoc vt preceptū a deo· & ideo dictamen
ɔscientie pl° obligat ꝙ̄ preceptū p̄lati. sicut & pre
ceptū diuinuꝫ in c° virtute ligat· sic patet si prece
ptū regis nō ꝑueniret ad populū nisi mediante ali
quo p̄ncipe si p̄nceps diceret hoc est preceptū a re
ge ꝙ̄uis nō esset verꝫ· dictū suū obligarꝫ vt prece
ptū regis ita ꝙ ɔtemptores penā mererent̄. Et sci
as ꝙ cōscientia ē q̄dam dictamen ratōis & vt di
ctū est obligat virtute precepti diuini sꝫ c° ratō
ne apprehēdit illō qd ratō dictat· & ideo si illō ap
prehēdatur vt directe sub precepto cadens peccat
quis mortaliter omittēdo qd cōscientia dictat· et
si sit veniale vel indifferēs· Si aūt nō apprehendat̄
vt directe cadēs sub precepto vel ꝓhibitōne tunc
nō fit directe contra ɔscientiā sed pret̄ eā· & ita nō
peccaret mortaliter sed venialit̄ vel etiā nullo mo
do· sic quādo ɔsciētia dictat alicui ꝙ bonū est facē
aliq̄d op° ɔsilii· si nō facit nō peccat· q̄r nō apprehē
dit illud vt bonū debitū & necessariū ad salutē &
p̄cepto subiacēs· vide ī ignoro & in affect° ¶ Hic
etiā secundū est ꝙ secundū dionisiuꝫ ī vii· ca· de di
ui· no. Diuīa sapiētia ɔiūgit p̄ncipia secundoꝝ vlti
mis p̄moꝝ· q̄r vt in li· de causis ostēdit̄ ī ordine cau
satoꝝ oꝑtet ꝙ cōsequēs precedēti similet̄· nec hoc
potest esse nisi secundū ꝙ aliquid ꝑticipat de ꝑfe
ctōe ei° qd quidē inferiori modo est ī secūdo ordi
ne creaturaꝝ ꝙ̄ ī p̄mo· Vnde hoc qd inferior crea
tura de similitudīe supioris ordīs ꝑticipat ē supre
mū in īferiori· & vltimū in supiori· q̄r est deficiēti°
ꝑticipatū ꝙ̄ ī supiori sit Inter creaturas aūt talis ē
ordo· vt p̄mo sit angel°· & secūdo sit ratōalis ani
ma· & q̄r ratōalis anima corꝑi coniūcta est. iō co
gnitō debita sibi secundū suū ꝓpriuꝫ ordinē est co
gnitio q a sensibilib° ad intelligibilia ꝓcedit· vnde
nō ꝑuenit in cognitōeꝫ veritatis nisi inq̄sitōe pre
cedēte· & ideo cognitio illa rationalis dicit̄· Quia
vero angel° simplicit̄ īcorpore° est· nec corꝑi vni
tur cognitio nature sue debita est vt simpliciter si
ne inquisitōe veritatē apprehēdat ꝓpter quod intel
lectualis natura nominat̄· oꝑtet ergo ꝙ in aīa rati
onali q angelo ī ordine creaturaꝝ ɔtiguat̄ sit ꝑtici
patō intellectualis virtutis secundū quā aliquā ve
ritatē sine aliqua īquisitōe apprehēdat· sicut appre
hendūt̄ prima p̄ncipia naturalit̄ cognita tā ī specu
latīs ꝙ̄ in oꝑatiuis· vnde & talis virt° intellectus
vocat̄ secundū ꝙ est ī speculatiuis· Que etiam se
cūdū ꝙ ī oꝑatiuis est sinderisis dicit̄. & hec virt°
ɔuenient̄ scintilla dicit̄· q̄r sicut scītilla est modicū
quid ex igne euolās. ita hec virt° ē q̄daꝫ modica ꝑ
ticipatō intellectualitatis respectu ei° quod de in
tellectualitate ī angelo est· Et ꝓpter hoc etiā supi
or ratōis ꝑs scītilla dicit̄· q̄r ī natura ratōali supre
mū est· Vnde hiero· dicit. ꝙ ꝑ aquilaꝫ significat̄ q
cetera aīalia ī volādo trāscēdit· ita & hec virt° tn
scendit ratōabilē· q ꝑ hominē significat̄· ɔcupiscibi
lē q ꝑ vitulū· Irascibilē q ꝑ leoneꝫ· sicut autē nō cō
tingit ī speculatiuis intellectū errare circa ɔgniti
onē p̄moꝝ p̄ricipioꝝ· quoniā semꝑ repugnet omī
ei quod ɔtra p̄ricipiū dicit̄· Ita etiā nō ɔtingit erra
re ī practicis p̄ncipiis primis· & ꝓpter h° dicit̄· ꝙ
supior ratōis scintilla q sinderisis est extīgui nō pt̄
sed semꝑ repugnat omī ei quod ɔtra p̄ncipia natu
raliter sibi tradita sit ¶ Ite scias ꝙ sicut dicit aris·
ī· vii· ethicoꝝ· Ratio ī eligēdis & fugiēdis q̄busdā
silogismis vtit̄· In silogismo autē est triplex cōside
ratio· secūdū tres ꝓpositōes ex quaꝝ duab° tercia
ɔcludit̄· Ita etiaꝫ contigit in ꝓposito dum ratio in
oꝑandis ex vniuersalibus p̄ncipiis circa ꝑticularia
iudicium assumit· Et q̄r vniuersalia p̄ricipia iuris
ad sinderisim ꝑtinēt· Ratōnes autē magis appriate
ad op° ꝑtinent ad habit° quib° ratio supior & īfe
rior distinguit̄· sinderisis ī hoc silogismo quasi ma
iorem mīstrat. Cui° ɔsideratō est act° sinderisis·
Sed minorē mīstrat ratō supior vel inferior· & ei°
ɔsideratio est ipsi° act°· sed ɔsideratio cōclusionis
elicite est ɔsideratio ɔscientie· Verbigratia· sindere
sis hāc ꝓponit· Omne malum uitanduꝫ· Ratio supi
or hanc assumit· Adulteriuꝫ est malum· quia lege
dei ꝓhibitum· siue ratio inferior assumit istā· ideo
est maluꝫ· q̄r iniustum siue inhonestū· Conclusio āt
q ē adulteriū ꝓpter hoc esse uitandū ad ɔscientiam
ꝑtinet· & indn̄ter siue sit de pretito siue de presen
ti siue de futuro· quia ɔscientia & factis remurmu
rat & faciendis ɔtradicit· Et inde dicit̄ conscientia
quasi cum alio scientia· Dicitur uniuersalis· q̄r ad

actū ꝑticularē applicat̄·vl'etiā qꝛ ꝑ eā aliq̄s sibi cō
sciꝰ esse pōt eoꝝ q̄ fecit vel facere intendit·& pro
pter hoc etiā dicit̄ dictamē vel scientia ratōis·Et
ꝓpter hoc etiā contigit consciāz errare nō ꝑ sinde
resis errorē·sed ꝑ errorē ratōis sicut patꝫ in here-
tico cui dictat conscīa vt priꝰ ꝑmittet se cōburi ꝙ̄
iuret·qꝛ ratō supior ꝑuersa est in hoc ꝙ credit iu-
ramētū simplicit̄ eē ꝓhibitū·& ꝭm hūc modū patet q̄
lit̄ differat sinderesis lex naturalis & cōscīa· quia
lex naturalis nominat ipsa ꝑ̄ma ꝑ̄cipia iuris· sin
deresis vero nominat habitū eoꝝ siue potentiā cuꝫ
habitu·Conscīa vero nominat applicatōem quādā
legis nat̄al' ad faciēda ꝑ modū cuiusdā ꝯcl'oi ¶Et
nota ꝙ cōscīa a diuersis diuersimode diffinit̄ siue
describit̄·Nā secundū origenē· Conscīa est spiritꝰ
corrector & pedagogꝰ aīe sibi sociatꝰ quo sepat̄
a malis & adherꝫ bonis Sed hic attendendū ꝙ spꝰ
qn̄qꝫ sumit̄ ꝓ spūali quadā opatōe vel ꝓ quodam
dono spūali & hoc modo sumit̄ hic spūs & non ꝓ
natura anime·Vel conscīa scd̄m ꝙ a q̄busdā descri
bit̄ est dictamē ratōis quo iudicat et ligat ad faciē
dum vel nō faciendū·Vel scd̄m damascenū·Con
scientia est lex intellectꝰ nostri·Bernh̄·Multi mł'
ta sciūt & seipos nesciunt·Dicit·fixi me esse quod
nō erā·dixi me velle qđ nolebā·aliud in corde vole
bā·& aliud ore dicebā·& ita sub ouina pelle vulpi
nā ꝯsciam abscondebā·vulpina plane consciētia ē
tepida ꝯuersatō & animalis cogitatō.& ficta con
fessio breuis & rara cōpūctio.obediētia sine deuo
tōe.lectō sine edificatōe·sermo sine circūspectōe·
O ꝙ̄ dura sūt mihi ista que loquor·qm̄ loquendo
meipm̄ ferio·Veruntamē qꝛ me nō nego peccatorē
sed peccatū meū ꝯgnosco·erit forte apud deū iudi
cē piū ipa cognitō culpe īpetratō venie·vide ī ꝯci
um·Itē dicit glo·sup illō Esa·xxviii·Obsecro dn̄e
memēto q̄so quō ābulari coraꝫ te in veritate etiam
Iturꝰ ezechias ad deū narrat opa sua·felix consciē
tia q̄ in tpe maloꝝ pōt recordari bonoꝝ

Conscio·Scio ꝯponit̄ cū cō & dicit̄ ꝯscio is·id ē·
simul scire & ꝓprie dicit̄ de malo tūc em̄ aliq̄s con
scit cū in malo & scelere ꝯsciꝰ est·vnde hec conscīa
& ꝯsciꝰ a um·& ꝓprie ī malo·Vnde q̄dam·Cōsciꝰ
ipē sibi de se putat omnia dici·Papꝰ·etiā dicit·Con
sciuit consentit intulit·Consciꝰ ꝑticeps scientie
aliq̄d habens·testis·Iob·xvi·Ecce em̄ in celo est te
stis meꝰ & ꝯsciꝰ meꝰ in excelsis

Cōsciꝰ a um in ꝯscio vide

Consecro cras craui crare.deo dare· simul sacra
re·ex cō & sacro as & cor·se.

Consectaneus·a consector aris qđ componit̄ ex
cō & sector·& a sector aris deriuat̄ consectaneus
a um q̄ simul sectat̄·vel consectaneꝰ eiusdē secte
& tūc ꝯponit̄ ex con & secta cte·

Consedi ē ꝑteritū de cōsideo des·quod componi
tur ex cō & sedeo des·Itē idē preteritū habꝫ consi
do is·sed infinitiuꝰ ꝑ̄dictoꝝ facit considē·vnde di
cit pap·Consedi a ꝯsideo & ꝯsido preteritū·Vnde
eccl̄ xj·dicendū est·In medio magnatoꝝ cōsidere il
lū faciet·Et si est infinitiꝰ a ꝯsedeo ꝓd·pnl't· sicut
sedere·Si vero sit infinitiꝰ a sido dis pnlē·cor· sic
sidere·Similit̄ in epistola ad eph̄.ca·ii·legi debet·
Et corresuscitauit & considere fecit in celestibus
in xp̄o hiesu·Et vt gn̄alit̄ dicamꝰ ꝯsedere nūꝙ̄ ī in
finitō inuenit̄·sed cōsidere·qꝛ quādo venit a sedeo
e mutat̄ in i· ¶Et scias ꝙ considere a sedeo es nō
potest poni in versu heroico.qꝛ breuis scꝫ si inter
duas lōgas scꝫ cō & de nō ponit̄ in versu heroico

vnde qn̄ considē inuenit̄ in versu est infinitiꝰ de si
do is·qđ ꝓd·si·sicut in illo versu·Considere duces
in nos considere ꝓmpti

Cōsētaneꝰ·a ꝯsētio is deriuat̄ ꝯsentaneꝰ nea neū
q̄ facile cōsentit vel ꝯueniēs·congruꝰ

Consentes·A consentio tis·hi consentes consen
tiū dij sibi vel bonis consentientes vel consentes·
q̄i coessentes·quia diuina essentia cui semꝑ assistūt
semꝑ reficiunt̄ hi & consentanei dicunt̄

Consentio is si sū ex con & sentio is· & est cōsē
tire consensū prebere·q̄i simul sentire

Conseptuꝫ ti neu·ge·i·ambitꝰ·locus·circūcirca
clausus·A cōsepio pis consepsi ptū deriuat̄·Regū
libro·iiii·ca·xj·Ducite eum extra consepta templi
id ē extra ambitū vel clausurā templi·

Consero is pnl'·cor·vide in sero is

Consesco is in sedeo est·

Consideo es consedi considere sessū·id est simul
sedere.ex con & sedeo es.& mutat̄ e in i·& cor·si·
vide in sedeo & in considere·

Considere est infinitiꝰ duoꝝ verboꝝ scꝫ de consi
deo des secūde ꝯiugatōis quod componit̄ ex con
& sedeo· & tūc ꝓd·pnl'·Vel pōt esse infinitiuꝰ de
consido is tercie ꝯiugatōis·qđ ꝯpōit̄ ex cō & sido
is·& sic cor·pnl't·vide etiā ī consedi sup̄·

Considero as aui are·i·ꝓspicere· & ꝓprie celestia
& ꝯponit̄ ex con & sidero as·quod nō est ī vsu·Et
vide ꝙ sidero deriuat̄ a sidꝰ·Vnde dicit pris·ī vi
libro·A sidus sideris·sidero as quod nō ē in vsu·i·
pondero as·& considero componit̄ ex con & side
ro·vnde patꝫ ꝙ ꝯsidero scribit̄ in secunda sillaba si
ne c·sicut sidꝰ & sidero caret c·in prima sillaba

Consido is·ex cō & sido is·& ꝓd·si· vnde naum
iii·Que ꝯsidūt in sepibꝰ ī die frigoris·Et dēt ꝓd·
pnl'·de considunt·vide etiā ī sido is

Consiliū.a ꝯsulo lis dicit̄ hoc consiliū lii·quod ex
animi ꝓuidētia alicui tribuit̄·vnde hoc cōsilioluꝫ
li dimi·& consiliariꝰ a um·& consilior aris·consili
um habere·secū voluē·iudicare·exquirē·vnde con
siliatoriū.locus consilioꝝ·Item consiliariꝰ·qui cō
sulit vel secretariꝰ· sicut dei filiꝰ dicit̄ consiliarius
patris·i·secretariꝰ·qꝛ om̄ia secreta eius ab eterno
nouit·Et scribunt̄ predicta sine c·in secūda sillaba
vt cōsiliū·ꝯsiliariꝰ·consilior·& similia· sicut & cō
sulo caret c·in secūda sillaba·Et scias ꝙ diut̄na de
liberatō & multoꝝ consilia requirūt̄ in magnis &
dubiis· vt pħus dicit ī·iii·ethi. In his āt q̄ sūt cer
ta & determinata nō requirit̄ consiliū·Nam vt di
cit glo·sup illud ad thessol'.in epl'a ca·v·Omnia ꝓ
bate·certa discussione nō egēt·Ita deus mutat sen
tentiā sed non consiliū·vide in mors·

Consisto is cōstiti cōstitū·inuenit̄ etiā constatuꝫ
ex con & sisto cōponit̄·vide in sisto

Consistoriū·a consisto is dicitur hoc consistoriū
rii·id est·vestibulū.porticus·locus ad consistendū
Hester·v·At ille sedebat sup soliū suū in consisto
Cotana. id est mala cogogna. gēꝰ malorū & cor. pnl't. & declinat̄ hoc cotanū ni. & scribitur sine c. in pap. Unde dicit. Cotona genꝰ fructuum nucū & cor. pͥmā vt patʒ in hoc versu. Cuʒ cotano mo rꝰ moriqʒ soror sicomorus
Cote incisio grece dicit̄ pnl'. acuta
Cotula. a cotes hec cotula le q̄dā mēsura vini oti nēs ciatos sex. i. emiā q̄ iō cotula dr̄. qꝛ cum icisio & diuisio sextarii fit in duo eq̄ ita fit cotula
Coturnix cis fēi ge. a sono vocis dicit̄. quā greci ortigem vocāt. & ꝓ. pnl'. vnde in aur. Nāc cotur nices vespere vulgꝰ habʒ
Counio nis iui ire. i. sil' iūgē a cō & vnio. & ab
Couno as aui are. i. ꝯgregare ijcit̄ n. & ꝓdu. u & componit̄ ex con & vno nas. & ꝓdu. u
Couterinꝰ na num ex eodē vtero cuʒ alio ꝓgeni tus. & componit̄ a cō & vterinꝰ na num
Coutor eris. i. simul vtor ex cō & vtor eris. & ꝓ
Coxa xe fe. ge. coxe dicte sunt quasi ducit u cōiuncte axes. In ipsis em̄ capita femorū iungun tur. vnde hec coxula le diminutiū.
Cra vox est coruorum
Crapula. a crudꝰ dicit̄ hec crapula le. id est super abūdās edacitas imoderata & noxia voracitas. & sic quasi cruda epula. vnde craplo las. i. supflue co medere. vel imoderate ingurgitare. & scdʒ hoc po test esse transitiū et actiū scdm̄ hug. et secundū cō munē vsū Pap. vero dicit. Crapula imoderata vo racitas dicta q̄i cruda epula cuiꝰ cruditate graua tur cor et stomachꝰ ebatur. Est aūt vini cibiqʒ
Crapulor aris depo. i. supflue māducare bibere. iebriari. hec pap. Pro excessu āt i potu pōit̄ i psal' Tāquā potens crapulatus a vino. et corripit pu
Cras adūbiū tp̄is. et ptinet ad futurum tempus.
Crassator toris depredator latro
Crasso. a crassꝰ dicit̄ crasso sas et crassor aris īue nit̄. i. crassū facere. vnde crasseo es sui. i. crassū eē vel fieri. et habʒ inchoa. vt crassesco cis. vnde illō. Sermo crassescit quod fit duobꝰ modis vl' cū sup abundat vel cū ingrossatur et deficit a subtilitate vel cū inflat̄ ad altuʒ stilū. Crasso cōponitur con crasso sas. i. simul crassare. decrasso sas. i. valde ipi guare vel macrū facē. qđ et discēsso as dr̄. Incrasso as et ē actiū cū oibꝰ suis ꝯpōitis. Inueīt̄ etiā grassor aris depo. sed aliud est de quo dicam in suo loco.

Crassus sa·sum·id ē pinguis·sed obes⁹ plusq̄ pī
guis est. & dicit̄ a cresco is·vel dicit̄ crassus a cre
os vel a creando quasi apt⁹ ad creādas carnes·&
compat̄. vnde hec crassitas atis·& hec crassitudo
dinis·& hec crassicies ciei·& p compositōem craſ
silent⁹ a·um·plen⁹ crassicie scđʒ hug·Pap·vero di
cit Crassa·fecūda·pīguis·spissa Crassari corpis ē
& sanguinis·grassari animi & crudelitatis

Crastin⁹·a cras dicit̄ crastin⁹ na·num·a quo cra
stino nas·qđ nō ē ī vsu sed oponit̄ ꝓcrastio nas·i.
ī crastinū differre Itē recrastio nas·i·iterꝫ crastina
re vel ꝓlōgare·ponit̄ quādoqʒ tn̄ simplicit̄ ꝓ dif-
ferre simplex si īueniat̄ ī eodē sēsu inuenit̄. & corr̄·
pnl'·crastin⁹·quia nō habet t.a primitiuo

Crater eris mas·gn̄is vas vinariū·& dicit̄ a cra-
tim & facit actūs singularis hūc craterē vel crate
ra·& est cratera actūs grec⁹·& tūc est mas·gn̄is
& desinit ī a·cor·& in plurali similiter geminū ha
bet actm̄ crateres vel crateras & ꝓducit te & cor
ripit as·& est terminatō greca Vnde virgili⁹ enei
dos viii. Indulgēt vino & vertunt crateras aenos
Itē idē in primo eneid. Crateras magnos statuūt
& vina coronāt Et ponit donat⁹ tractās de meto
nomia hoc exemplū·& pōt sumi ab hoc actō gre-
co cratera quod ē mascl'i gn̄is·& desinit in a·corre
ptā·iste ntūs lati⁹ hec cratera re fe.ge· Et similit̄
dicendū est etherē vel ethera·aerem vel aera pan-
ter eris panterē vel era·lāpas padis·actō lāpadeꝫ
vel lāpada·& actūs plīs lāpades vel lāpadas Pi
xides vel pixidas Ouidi⁹ Pixidas īuenies & rerū
mille figuras Et est talis actūs grec⁹ in a·ī singl'a
ri·& ī as in actō plurali eiusdē gn̄is sicut est ntūs
singularis·vnde pixidas ē fei gn̄is sicut pixis·simi
liter aera ē mascl'i gn̄is sicut aer·sed efficit̄ ntūs la
tin⁹ & tūc aera re est fei gn̄is & ethera re·& ita d
similib⁹ intelligas·vt cassidē vl' cassida·Et secūdū
hug·crater eris duas habet ansas & est ꝓprie gen⁹
calicū·i·poculoꝝ fiebat em̄ pri⁹ de ↄnexiōe virgul
torum vnde & dicit̄ crater a cratim eo q̄ se inuicē
teneat·vn̄ hic craterculus li diminutiū Et vt vult
pap·Crater vas vinariū ē·In grecismo sic Est cra
ter patera connexio virgea crates

Cratera tere pnl'·ꝓd·pōt esse actūs grec⁹ & tūc
ē mas·gn̄is sic crater·vel pt eē ntūs latin⁹ & sic ē
p̄me declinatōis & fei gn̄is sicut dixi in crater eris

Crates a crater vel cratim greco dicit̄ hec crates
cratis q̄ fit de vimib⁹ vel de ferro ad assandas car
nes vel pisces desup·vnde hec craticula le·di·par
ua crates scđm hug·Et scias q̄ istud dimi·craticl'a
reqrit q̄ dicat̄ cratis p i·ī ntō In multis etiā libris
inuenit̄ crates p e·ī ntō Vnde ī aurora Altaris me
dio crates p̄dicta resedit Item ī grecismo. Est cra
ter patera connexio virgea crates·hug·etiam vide
tur ponere crates per e·ī nominatō·& dicitur cra
tes a cratim eo q̄ virgule ibi cōtexte se contineāt

Craticula diminutiū parua crates vel cratis

Creagra gre dicit̄ a creos quod est caro & agros
quod ē tract⁹·& sunt creagre tridentes fuscinule
ad carnes de caldariis ꝓferendas vel extrahēdas &
ꝓducit pnlē·hiere lii·Et lebetes & creagras

Creber ra·rū·id est dens⁹·sed creber dicit̄ de mul
titudine·vt creber paries circūit hāc domū·id est
multi parietes ·Densū siue densatū est qđ visu pe
netrabile nō ē vt ebur licʒ tenue Spissū vero quod
nō ē tenue Et ↄpat̄ crebrior berrimus·& format̄ a
ntō addita rim⁹ Vn̄ crebre bri⁹ berrīe aduer·&
ꝓducit cre·qr e ante b ꝓducit̄ ī bissillabis vt reb⁹

vnde qdā Lectō crebra valꝫ quaʒ nō obliuio tollit

Creberrimus in creber est

Crebreo bres a creber bra brꝝ dicit̄ crebreo bres·
brui & caret supino·id est esse vel fieri crebꝝ Vn
de crebresco cis inchoatiū·& est neutꝝ crebreo cū
suis compositis secūdum hug· Et vt dicit papias
Crebresco id est innotesco spissor multiplicor

Crebrifur⁹ ri mas·gn̄is loc⁹ crebro habens fures
scʒ q̄ sepe freq̄ntat̄ a furib⁹ & cōponit̄ a crebro &
Crebro id est freq̄nter fur furis quod ꝓd·fu
adūbiū Pōt etiam esse nomen & tūc est ablatiuus
hui⁹ nomīs creber ra rū Et scias q̄ nō mutat accē
tum crebro aduerbiū ad differētiā nois ·qr sufficit
differētia tpis i vltīa sillaba·qr quādo ē aduerbiuꝫ
hēt vltimā ↄmunē·sʒ quādo ē nomē producit eam

Crebro onis mas·gn̄is alio nomīe dicit̄ porca·est
aūt porca illa terra q̄ continet̄ inter duos sulcos &
dicit̄ a crebro quia aqua crebro p ipsam discurrit·

Credibilis A credo is·hic et hec credibilis et ho
le·quod credi potest·et compat̄·et cōponit̄ hic et
hec īcredibilis et hoc le quod silr̄ cōpat̄·et corr̄·bi

Creditarius·A credo dis hic creditari⁹ rii·id est
cōsiliarius vel camerarius cui secreta cōmittuntur
Vnde hec creditaria·id est·cameraria

Credo A supīo hui⁹ verbi cerno scʒ cretū et do
das cōpōitur credo dis credidi creditū·ē em̄ crede
re dare cretū·id est cōsideratōem sup̄ rem aliquam
vel dare cretū·id est inclinare animū ad cernendū
q̄ ita sit vt dicit̄·Vnde verbalia·et ↄpōitur credo
ↄcredo·id est simul credo·et discredo·id ē rem nō
credere·et est actīm credo cum omibus suis ↄpōi
tis et producit cre Ouidius de arte Munera crede
mihi capiūt homines qʒ deos qʒ Et scias q̄ aliud
est credē in deū et aliud credere deū·et aliud crede
re deo Credere deo est credere esse vera q̄ loquit̄
quod et mali faciūt·sed nos credimus hominē sed
nō in hominē Credere deū est credere q̄ ipse sit de
us quod etiā mali faciūt·Credē in deuꝫ est creden
do amare credendo in eum ire·credendo ei adherē
et ei⁹ membris incorpari·Per hanc fidem iustifica
tur impius·vide etiam in fides

Credul⁹·a credo dicit̄ credul⁹ la luꝫ·qui semper
vel facile credit·vnde hec credulitas tatis·et com
ponit̄ incredul⁹ qui nunq̄ vel vix credit ſm hug·
Grec̄·sic dicit·Rumor credibilis res credula que ci
to credit Sic icredibilis et res īcredula distat

Crementū A creo as·dicit̄ hoc crementū ti·id ē·
semē virile q̄i creamētū. vnde iosephꝰ·ī primo Cre
mentum ad libidinē suo poti⁹ nutriuit ex corpore
Itē crementū dicitur a cresco cis·et tunc tantū va
let q̄tum incrementū·vnde cremēto tas·id est cre
scere puberare vel spermatisare

Cremes quādo est latinū deriuatur a cremo mas·
et caret aspiratōe·q̄ndo vero aspiratur ī prima sil
laba chremes nō est latinū·vide supra in chremes

Cremiū A cremo as dicitur hoc cremiū mii·id ē
siccamētū lignoꝝ vel frixoꝝ ī patella et etiā quod
remāet ī patella aridū de carnib⁹ p⁹ pīguedinem
liquefactā dicitur cremiū·vnde ꝓpha Ossa mea si
Cremo as aui atū are id est cut cremiū aruerūt
cōburere cruciare·et cōponitur ↄcremo as et ē acti
uū cū oib⁹ suis ↄpositis·Et corripit cre Vnde ī au
rora dicit̄·Hos ī nube leuat hos de⁹ igne cremat

Cremiū mii·id ē sacrificiū quod et olocaustum di
cebatur·et dicitur a cremo cremas cremium

Creo as aui are dicitur a creos·et est ꝓprie creare
aliquid ex nichilo facere·et sic solus de⁹ creare pt

cū sit potentie infinite Et dicit hec ꝓpositō ex cum
dico ex nihilo ordinē nō materiam. sed facere ē ex
ꝓiacenti materia. Ponitur tamē creare pro facere
et ecōuerso. et ꝓ generare et ecōuerso. Vnde crea
tores dicūtur parentes Creo ꝯpōitur cōcreo as. id
est simul creare Procreo as. Recreo as. iterū crea
re reficere Et est actīm cū omnib⁹ suis cōpositis
Et sciēdū ꝙ v̉ba hec scꝫ facere creare agere et alia
huiusmodi de deo nō posse dici scd̄m eam ratōem
qua dicuntur de creaturis. q̄ppe cū dicim⁹ eum ali
quid facere. nō aliquē in opando motū illi inesse i
telligim⁹ vel aliquā in laborando passionē sicut so
let nobis accidere. Sed eius sempiterne volūtatis
nouū aliquem signamus effectū. id est. eterna eius
volūtate aliquid nouiter existere Sicut ergo ex ca
lore solis aliqua fieri ꝯtingit. nulla tamen in ipō vl'
in eius calore facta motiōe vel mutatōe. ita ex dei
voluntate noua habent esse sine mutatōne actoris
qui est vnū & solum principiū omniū. Credamus
igit̄ omniū reꝝ creatarum celestiū & terrestriū vi
sibiliū & inuisibiliū causā nō esse nisi bonitatē cre
atoris qui est deus ver⁹ & vn⁹. cui⁹ tāta ē bōitas
vt sūme bon⁹ beatitudinis sue qua eternalit̄ beat⁹
est. alios velit esse ꝑticipes. quam videt & ꝯmūica
ri posse & minui omnino non posse. Illud igit̄ bo
nū quod ipse erat & quo beatus erat. sola bonita
te non necessitate aliis cōmunicare voluit. quia sū
mi boni erat ꝓdesse velle. & omnipotētissimi noce
re non posse Quare aūt sit creata ratōnalis creatu
ra dicam in dos dotis

Creos grece ltīe d̄r caro. & accē. in fīe

Creperon dubium dicitur. Vnde creperus crepe
ra creperum. id est dubius

Crepido dinis ē ripaꝝ obruptō. saxi vel rupi vel
montis extremitas. altitudo. sūmitas. Ponit̄ tamē
quādoqꝫ pro cauerna vbi vie conueniūt. in qua so
lent paupes latitare vel mendicare. Vnde iuuenal'.
Nulla crepido vacat. & pōit̄ hic ꝓ sūmitate ripa
rum & dicit̄ crepido pnl'. ꝓducta a crepo as. Qui
dā tamen volūt deriuari crepido a creperō quod ē
dubiū vel incertū. quia dubiū est ī tali loco ponē
pedē. Sed congrue dicit̄ a crepo pas. quia ibi ē fre
quenti⁹ sonitus ventoꝝ & ruptō lapidū. Itē sūmi
tas vel extremitas altaris ī circūitu altaris diceba
tur crepido & ipm ꝓpiciatoriū. Vnde ezech. xliii.
De sinu t̄re vsqꝫ ad crepidinē. i. ꝓpiciatoriū.

Crepito as. freq̄n. i. freq̄nter crepare & cor. pi

Crepit⁹. a crepo as dicit̄ hic crepit⁹ tus tui. &
hoc crepitaculū li. i. sonit⁹. & cor. pi

Crepo as. crepui crepitū. quod & crepo pis. cre
pui secundū terciā ꝯiugatiōem dicit̄. sed crepare ē
sōare. Crepere vero est cremare. dirumpi. sed sepe
vtrūqꝫ inuenit̄ in vtraqꝫ significatōe. vnde hic cre
por poris. i. sonit⁹ vel crematō. Itē ab hoc supino
vltimo crepitu u. mutata in o. fit crepito as. freq̄n
tatm̄. Crepo cōponit̄ concrepo pas. i. consonare.
discrepo pas. i. dissonare. discordare. distare. Incre
po pas. i. redarguere. reꝑhendere. vitupare. Et ab
istis omnib⁹ freq̄n. Cōcrepito as. discrepito tas.
increpito as. Eedē ꝯpositōnes inueniunt̄ increpo.
pis. Crepo pas & crepo pis. & composita ab his
omnia sunt neutra. Preter increpo quod ē actiuuꝫ
Item omnia faciūt p̄teritū in pui & supinū ī pituꝫ
nisi quia in simplici prime ꝯiugatōis & compositis
ab eo quādoqꝫ inuenit̄ p̄teritū in aui & supinū in
atū. ꝓut prima cōiugatō exigit. Vnde. Increpasti
supbos & increpuerūt me renes mei. & omīa corri
piūt hāc sillabā cre. Prudentius Magna cadunt. in
flata crepūt. tumefacta ꝓmūtur

Crepor oris. mascl'i gn̄is. id est. sonitus vel eleua
tio. & dicit̄ a crepo pas. crepundiū dii. id est cuna
bulū. quia in ea puer crepat. id est sonat vagiendo
& dicit̄ a crepo as secūdū hug. Itē ƀm pap. Crepū
dia puerilia ornamēta ide dc̄a ꝙ expositis īfātibus
adhibent̄ vt cunabuluꝫ. Vnde hiero. Inter crepun
dia noui part⁹. vide in fescen nine

Crepusculū. a crepon quod ē dubiū dicit̄ h° cre
pusculū li. id est dubia lux scꝫ hora q̄ īter diē & no
ctem est. vel inter diem & noctē dubia an sit diei
vel noctis. Prima em̄ pars noctis dicit̄ crepuscl'm
vel vespeꝝ a stella occidētali. Secūda conticiniū a
cōticendo. Tercia gallicīniū a gallicātu. Quarta in
tēpestū. id est non oportunū & non aptuꝫ tp̄us ali
cui rei faciēde quādo nichil agi pōt. quasi sine tem
pore. id est actu ꝑ quē cognoscit̄ tempus. Quinta
iteꝝ gallicīniū ꝓpter gallos lucis ꝓnuncios. Sexta
matutinū int̄ abscessū tenebraꝝ & aurore aduētū
Septima diluculū. nūcia diei q̄ īcipit quasi diei par
ua lux. Idem etiam aurora dicit̄. postea iteꝝ & cre
pusculū. ita dicit hug. ¶ Isidor⁹ vero in q̄nto ethy
mo. sic dicit. Septē sunt ꝑtes noctis scꝫ vesperum
crepusculū. conticiniū. itempestū. gallicīniū. matu
tinū. diluculū. Vespeꝝ autē ab occidentali stella ē
vocatū. q̄ solē occiduū sequit̄. & tenebras seq̄ntes
ꝓcedit. Crepusculū est dubia lux. nam creperō du
bium dicim⁹. hoc est inter lucē & tenebras. Conti
ciniū est quādo cūcta silent. Conticere em̄ silere ē
Intempestū est mediū & inactuosū noctis temp⁹
quādo agi nichil pōt. & omnia sopore quieta sunt
Nam tēpus ꝑ se nō intelligit̄ nisi ꝑ actus humāos
mediū āt noctis actu caret. ergo intempesta dicū
tur inactuosa quasi sine tp̄e. id est sine actu ꝑ quē
dinoscit̄ temp⁹. Gallicīniū ꝓpter gallos lucis ꝓnū
cios dictū. Matutinū autē est inter abscessuꝫ tene
braꝝ & aurore aduentū. Et dicit̄ matutinuꝫ. quia
hoc tp̄e inchoāte mane fit. Diluculū quasi diei par
ua lux iā incipiēs. Hec & aurora q̄ solem precedit.
Est āt aurora diei clarescētis exordiū & p̄m⁹ splē
dor aeris qui grece eos dicit̄. quē nos ꝑ deriuatōꝫ
aurorā dicim⁹ quasi eororā. ¶ Et scias ꝙ sicut di
cit magister ī historiis tractās illud machei. xiiii.
Quarta autēꝫ vigilia noctis venit ad eos. quattu
or vigilias faciūt excubātes in castris. Prima dici
tur cōticiniū in qua omnes simul vigilant. Secūda
vero ītēpestū ī qua adolescētes. Tercia gallicīniū
ī qua viri. Quarta ātelucanū ī qua senes. Has do
min⁹ aliis noīb⁹ noīauit scꝫ sero. an media nocte
an gallicantu an mane. Marci. xiii

Cresco cis creui cretū idē habet p̄teritū & supinū
q̄ntū ad vocē quod habet cerno nis. Vnde versus.
Cerno solet facere creui cretūqꝫ supinū. Sic creui
cretū vult tibi cresco dare. Cresco cōpōit̄ accresco
cis accreui. ex ad & cresco. & mutat̄ d. in c. & est
accrescē ad aliq̄d vel alicui crescere. Itē cōcresco is
id est. coalescē. coagulari. cōmisceri. congelari cre
scendo. Itē decresco. id ē minui. quod & discresco
inuenit̄. Itē excresco cis. quasi extra crescere vl' val
de crescē. Itē icresco. id est valde vel int⁹ crescere
vel increscere. id est tediū ingerere. Itē recresco is
id ē. decrescere vel iteꝝ crescere quod decreuerat.
Item succresco cis. id est paꝝ crescere vel post cre
scere. vel a posteriori parte crescere. vel subt⁹ vel
latenter vel a sursum. Cresco & omnia ei⁹ ꝯposita
neutra sunt. & omnia faciunt p̄terituꝫ in creui. &

supinū ī cretū sicut & cerno & eiꝰ ꝯposita · & oīa habēt ꝑticipia ꝑteriti tpis sicut dictum est

Cresꝰ si · rex lidoꝝ scdm pap̄. Et hieroniꝰ ī epistola ad paulinum viii · ca · Preferē vidua diuitiis

Creta A cresco cis · dicit̄ hec creta te . q̄dā cresi insula est in qua fuit nutritꝰ iupiter · vnde cretus · a · um · & cresꝰ sa · sum · & hic & hec cretensis & hoc se · in eodē sēsu · & hec creta te · gēꝰ t̄re albe · s̄ . argilla · qz ī illa isula melioꝛ abūdat creta · vñ cretosꝰ sa sū · abūdās creta · & creteꝰ tea teū id qd̄ fit d̄ creta

Creticꝰ · a cerno is · dicit̄ creticꝰ ca . cū · id ē iudicialis vel determinatiuꝰ vel creticus dies in quo sumit̄ iudiciū infirmitatis · & hic creticus ci · substantiue · id est iudex · & scdm hoc creticꝰ carz aspiratōe vel potest deriuari a chrisis quod est iudiciū · & sic aspiratur chreticus

Cretio · a cerno is d̄r hec cretio onis · id ē iudicatō vel certꝰ nūs dieꝝ ī quo ē īstitutus heres · vel adiit hereditatē · vel fito tpe cretōis excludit̄ · & dicitur cretio q̄si decretō · qz ibi decernit̄ vel ꝯstituit̄

Cretum est supinū de cerno is · & de cresco is · & creui est eoꝛum preteritū

Creui est preteritū de cresco & de cerno · & cretum est eoꝛum supinū

Cribꝛo sicut dicit pap̄ · cribꝝ a currēdo dictū · qz ibi currat frumētū · & est instrumētum aptum ad purgādum fruges · & inde dicit̄ cribꝛo bꝛas · id est · frumtū purgare · secernere . examinare . vētilare · & cōponit̄ cribꝛo bꝛas · decribꝛo as · ꝑcribꝛo as · recribꝛo as · & est actīm cū suis ꝯpositis acceptū trāsitiue · Sed ꝓꝓꝛie acceptū est neutꝝ Et a cribꝝ hoc cribellū li dimi · . Vel scdm quosdā cribꝛū a creber bꝛa · bꝝ · i · dēsꝰ · qz sit crebꝛo pfoꝛatū · & a cribꝛo as descēdit cribꝛās tis om̄is ḡnis Vñ in scd̄o regum . Cribꝛās de nubibꝰ aquā · Et de clerico dixit q̄dam Haurit aquā cribꝛo clericꝰ absqz libꝛo

Crimē a careo es dicit̄ hoc crimen mīs · vt furtuz falsitas & similia q̄ nō occidūt sed infamāt · Vnde criminoꝛ aris verbū cōmune · & criminosꝰ sa · sū qd̄ ꝯpat̄ crimiosus sioꝛ sissiꝰ · Vnde crimiose siꝰ sime · aduerbiū · & hec crimiositas tatis · & hic & hec criminalis & hoc le · & ꝓ̄ · cri · ꝓ̄dicta

Crinalis · a crinis d̄r hic & hec crinal' & hoc le · & hec crīalis · i · acꝰ q̄ crīes aptāt̄ & ꝓ̄ na

Crineo es nui · verbū neutꝝ · id ē habere crīes · &

Crinesco cis · inchoatīm · id ē incipio d̄r a crinis hr̄e crīes & formāt̄ a crineo es addita co

Criniculꝰ li dimi · masclī ḡnis puꝰ crinis

Crinioꝛ · A crinis dicitur hic & hec crinioꝛ oris · id est crine prolixioꝛ

Crinis A cerno is dicit̄ hic crinis huiꝰ crinis · & sūt ꝓꝓꝛie crines mulieꝝ sic dicti · quia crinibꝰ a viris discernāt̄ · & ita q̄tum ad vocē descēdit crinis a cerno · sed q̄tum ad significatōez potius a discerno is · Etiā dicit̄ alio mō hic cirꝛꝰ ri · quod & ꝓ plicatura dicit̄ capilloꝝ a cirꝛī quod est tōdere · & inde cirꝛitꝰ a · um · id est crinitꝰ

Crinitus a um · pn̄l' · ꝓducta magnos habēs crīes

Cripta · id est spelūca · cauerna & dicit̄ a crinis vel turba hoīm · & dicit̄ a crepo pas

Crispo pas paui · pare . patū · id est crispū facē · vel cōcutere · vibꝛari · iaculari · vnde crispꝰ pa pum . & ꝯpat̄ crispꝰ pioꝛ · pissimꝰ · vnde crispe piꝰ pissīe aduer · vñ hec crispitudo dis · & ꝯponit̄ cōcrispo pas & est actiuū cum omibꝰ suis ꝯpositis

Crissoꝛ aris atꝰ sū · i · fricare · ceuē · Sz crissari id qd̄ mulier subtꝰ facit · ceuē qd̄ facit vir desuꝑ vel crissari ē mulieꝝ int̄ se sic̄ ceuere ē viroꝝ iter se . Vñ q̄dā Est ceuere viꝝ sed crissari mulieꝝ · scdm hug · .

Crista A crinis vel cirꝛꝰ dicit̄ hec crista te · quod eminet suꝑ galeam & suꝑ capita q̄ꝛundā auiū · Vnde cristatꝰ ta · tū · id est crista oꝛnatꝰ vel q̄ magnaz habz cristā Inuenit̄ etiā cristatꝰ · id est galeatus

Cristallꝰ li · feī ḡnis genꝰ est cādidi lapidis quasi nix · & fit glacie durata ꝑ ānos · vnde & greci ei nomē dederūt Ps · Mittit cristallū suā sicut bucellas Et nota ꝙ antiqui dicebāt hoc cristallū li Vnde ī auroꝛa dicit̄ Cristallina fuit facta fenestra decens Et scias ꝙ cristallus appośita radijs solis adeo rapit flamā vt aridis fungis vel foliis ꝓ̄beat ignem fulgidū āt nihil aliud ꝙ̄ frigidū pati potest

Croceus A crocus ci · dicit̄ croceus cea · ceum · & hec crocea cee · id ē cuna infātiū . Vnde ī trenis hieremie dicit̄ Qui nutriebant̄ in croceis āplexati sūt stercoꝛa & coꝛripit penultimam

Crocito as A cra quod est vox coꝛuoꝝ dicit̄ crocito tas · id est clamare ad modū coꝛuoꝝ · vnde hic crocitatꝰ tꝰ tui . quod & crocitꝰ inuenit̄ . id ē vox coꝛui · & est tercia lrā o . in pap̄ · & est crocitare ꝓpriū coꝛuoꝝ . & coꝛripit ci

Croco as . a cra dicit̄ · & ē idē ꝙ crocito as

Crocodilꝰ li q̄dā animal quadꝛupes a crocꝰ dicitur quia croceū habz coloꝛē . & est plerūqz in lōgitudine vigītí cubitoꝝ dentiū & vnguiuz īmanitate armatꝰ tāta duricie ꝙ foꝛtiū ictus lapidū tergo repcussꝰ nō sentiat · nocte in aquis & die humi requiescit · solꝰ ex animalibꝰ supioꝛem maxillā mouere dicit̄ . ita dicit hug · Pap̄ · vero sic dicit · Crocodilus a croceo coloꝛe dictꝰ · animal q̄dꝛupes ī nilo · in terꝛa & in aquis viuēs · longitudine plerūqz viginti cubitorum · hoc solū ex animalibus suꝑioꝛem maxillā mouere dicit̄ · similis est lacerte sed maioꝛ · ita vt homines mādūcz · Huic doꝛmienti oꝛe apto quoddā animal fauces ingꝛediens viscera dilaniat exitqz viuēs · de inferno qd̄ fecit & xp̄s · hec papias Quidā āt dicūt ꝙ crocodilꝰ ꝯponit̄ a crocꝰ et dilus quod est metꝰ . Vnde versꝰ Herba crocꝰ dilꝰ qz metꝰ . venit hinc crocodilꝰ · Nā croceis maculis variatur et est metuendus R · post c · ꝓ̄mū sibi dās l · scriptito solo

Crocus ci q̄dam puer versus ī floꝛē secundū poetas · vnde hic crocus ci dictꝰ ē flos . Sed ꝓꝓꝛie hoc crocū ci . ꝓ floꝛe neu · ge Sz ꝓ puero h̄ crocꝰ ci · licz ꝓ floꝛe inueniatur hic crocꝰ ci · sed hoc fit grā pueri · vel crocū dicitur a coꝛicio opido cilicie · vbi melius et plus abūdat ꝙ̄ alibi vnde croceus cea · ceū et hec crocea crocee substantiue

Croma grece latīe dicitur coloꝛ · vnde cromaticꝰ ca cū · qui colore non confunditur nec coloꝛem mutat secundum hug · Pap̄ · vero dicit ; Croma grece dicitur coloꝛ vel humoꝛ latine

Cromaticꝰ a · um · pn̄l' · coꝛ . i . ꝓlixꝰ ī croma est

Cronia nie ꝓlixus coꝛpis moꝛbꝰ q̄ multo tpe moratur vt podogra vel ptisis . et dicitur a cronon ·

Cronica . cronon grece latine dicit̄ tempus · vnde cronicus ca · cum · id est tempalis . terꝛenꝰ · et pluraliter hec cronica coꝝ . id est tempoꝛa vel tempoꝛū series vel oꝛdo · vel liber vbi descripta tpa continētur vel facta diuersoꝝ tempoꝝ et coꝛ · ni

Cronographus . a cronon quod est tempꝰ et graphus quod est scriptoꝛ cōponit̄ hic cronographꝰ phi . penultima coꝛrepta qui describit tempoꝛa · vnde hec cronographia phie · id est bꝛeuis scriptura vel tempoꝝ descriptō et acuitur penultima

Cronon grece latine dicitur tempus
Cruciabilis. a crucio as. dicitur hic et hec crucia
bilis et hoc le. quod ē dignū vel aptū cruciari
Cruciamē mis. a crucio as dicitur hoc cruciamē
minis. vnde hoc cruciamentū ti. et hoc cruciū cii.
idem quod cruciamentū vel tormentū quodlibet
vnde lucillius. Vinum insuaue cruciū dixit & p
ducit penultimam cruciamen
Cruciarius A crux dicit̄ hic cruciarius rii. qui est
cruce dignꝰ vel qui fert crucē ad suū dispendium.
vel ad officiū suspendii. vel ad signū pfessionis &
religiōis sue. & inde cruciariꝰ ria riū adiectiue
Crucibolū. a crucio as & bolus quod est morsel
lus cōponit̄ hoc crucibolum li. id est lucerna. quia
bolus id est morsellꝰ sepe ibi cruciat̄ & diminuit̄.
crucibolū etiā dicit̄ mortariū. & corripit bo
Crucicula le dimi. pua crux pnl'. correpta
Crucifer fera ferū. q fert crucē pnl'. corr̄. a crux &
Crucifigo gis xi xum verbū fero fers ꝯpōitur
actīm pnl'. pducta a crux & figo is. Vnde verba
lia. vel ꝯponit̄ a cruci datō & figo is
Crucio as aui are. i. torquē. tormētare. vnde cruci
ator oris & cruciatoriꝰ ria riū quod cruciat vl' qđ
ē dignū cruciari vel aptū cruciari. Crucio ꝯpōitur
cōcrucio as. Itē decrutio as. i. valde cruciare vel a
cruciamine remouere. Itē excrucio as. Crucio cum
omnibꝰ suis ꝯpositis est actīm. & cor. cru. Biria
ad mala natꝰ. ego crucior dū cūcta qescūt
Cruciū cii. i. tormētū quodlibꝫ vide in cruciamē
Crudelis. a crudꝰ dr hic & hec crudelis & hº le.
adiectīm. i. crudꝰ. & ē crudel' ī sāguīe. seuꝰ ī ira. &
crudelis lior lissiꝰ. & crudeliter liꝰ sime aduerbiū
& hec crudelitas atis talis pprietas
Crudꝰ A cruor dicit̄ crudꝰ da dū. quod non est
coctū quasi nō sine sāguine. & inde p translatōē
dicit̄ homo crudꝰ quasi nō coctꝰ. nec esui habilis
est em̄ asper & durꝰ. & cōpat̄ crudꝰ dior dissimus
vnde crude dius sime aduer. & hec cruditas tatis
& crudeo des ui. id est esse vel fieri crudū vel inua
lescē. vnde crudesco inchoatīm. & pducit primam.
Prudentiꝰ in sicho. Insolitis dapibꝰ crudescit gut
tur & ossa. Item in grecismo sic dicit̄. Crudꝰ non
coctꝰ ē crudelis quoqꝫ crudꝰ
Cruentatꝰ A cruor dicit̄ cruentꝰ ta tū. id est sā
guine inquinatꝰ vel q amat effusionem sāguis. vn
de cruēto as. i. sāguīe iqnare. & cruentatꝰ ta. tum.
& differt a cruēto. qr cruētatꝰ dicit̄ pprie sanguīe
iqnatꝰ. sꝫ cruētꝰ qui amat effusiōem sanguis
Cruentus ta tum ī cruētatus exponit̄
Cruma in crumena vide
Crumena ne pnl'. pducta saccꝰ. marsupiū quod
& cruma crume dicitur
Cruor A curro is. dicit̄ h cruor oris. quia currē
do corruat. & est cruor effusꝰ. sanguis vero in cor
pore Vnde versus. Sanguis alit corpus cruor est a
corpore fusꝰ. vel sanguis est hominū. cruor victi
marū. vel cruor est corruptꝰ sanguis qui emittitur
& dicitur sanguis quia sit suauis
Cruratꝰ ta tū q magna hēt crura a crus dicitur
Crus a curro is dicit̄ hoc crus cruris qr crurībꝰ
currimꝰ & gressū facimꝰ. & sūt crura sub genibus
vsqꝫ ad suras. vel crus est os tibie anteriꝰ. & facit
gtūs pluralis crurū. format̄ em̄ ab hoc ablatō sin
gulari crure. e ꝯūsa in um
Crusculū li dīminutīm puū crus. & format̄ a crus
addita culū penultima correpta
Crusculꝰ la lū. q pua hēt crura & dicit̄ a crꝰ
Cruscumulꝰ li. tumor crurū & dicit̄ a crus
Crusta. hoc crustū vel crustulū p fragmēto pāis
& p quolibꝫ edulio. hec crusta ste vel crustula le di
minutīm pnl'. cor. est lamina qlibꝫ vel fragmentum
auri vel argenti vel alteriꝰ metalli. vel ligni vel la
pidis. vnde marmorati lapides crustati dicunt̄. Itē
crusta vel crustula supficies vel cortex panis vl' al
teriꝰ rei. Vnde exodi. xix. debet legi. Tolle panes
azimos & crustula. & est ibi casꝰ actī crustula .nu
meri pl'alis. Inuenit̄ etiā ibi crustulā
Crustaria rie. i. tabna. a vasis crustatis sic dicta.
Crusto as. id est crustā facere vel addere vel appo
nere crustis aliqd linire. & dicit̄ a crustū sti. Et com
ponit̄ ꝯcrusto stas Itē decrusto as. id est valde cru
stare vel crustas auferre. quod & discrustare dici
tur & excrusto as in eodē sensu. Itē incrusto stas.
id est crustis linire. crustas apponere. Itē recrusto
stas. id est crustas auferre vel reponere. Itē subcru
sto as. i. latēt̄ crustas auferre vel subtꝰ vel pꝰ cru
stare. & est actīm cū omībꝰ suis ꝯpositis
Crustosꝰ A crusta dicit̄ crustosꝰ sa sū. plenꝰ cru
sta & comparatur crustosꝰ sior simus. et crustose siꝰ
sime adūbiū. et hec crustositas tatis
Crustula le dimi. in crusta vide.
Crustulū li in crusta exponit̄
Crustū sti in crusta vide
Crustumiū A crusta dicitur hoc crustumiū mii.
quoddā genꝰ piri. quia durā habet corticis crustā
vel dicit̄ a crustumia regione. et in eadem signifi
catōne potest declinari mobiliter
Crux A crucio as dicitur hec crux cis. quia cruci
at. et facit gtūs pl'is crucū. qr formatur ab hoc ab
abl'tō cruce e. mutata ī ū. et cor. v ante c. Vñ hora
ciꝰ ī epistolis. Nō hominē occidi. nō pasces in cru
ce ceruos. Et ī aurora dicitur. Extat ymago crucis
q domat omne malignū. Et nota q crux in eo q la
ta est signat caritatē vel opa caritatis. In eo q lō
ga est vsqꝫ ad terrā signat pseuerātiā vsqꝫ in finē.
In hoc q est sublimis signat supnū finē ad quē cū
cta referūtur. Qꝫ āt pfūda est & ī terra occultata
signat pfūditatē gratie dei vel signat carnis morti
ficatōē cū viciis ¶ Et nota q crux xpi ex qttuor li
gnorū gñibꝰ fuisse phibet̄. scꝫ palme. cipressi. oliue
et cedri. Vnde qdam. Ligna crucis palma cedrꝰ ci
pssꝰ oliua. Hāc drām lignorū videtur apostolus ī
nuere cū dicit. Vt possitis comprehēdere cū omni
bꝰ sanctis que sit latitudo. longitudo. sublimitas
et profundū. Et vt dicit augustīnꝰ. Crux que erat
suppliciū latronū nūc transit ad frontes impatorū
Si tantū honorē deꝰ contulit supplicio suo qtum
conferet seruo suo. vide etiam in latria

Cubatoriū toriū. tarū p lecto q pro alia re
cui īnitimur. et dicitur a cubo bas
Cubicularīꝰ. a cubiculū dicitur h cubicu
lariꝰ larii. i. lecti custos vel fabricator vel ppar ator
et inde hec cubicularia rie in eodē sēsu. Potest eti
am adiectiue declinari cubiculariꝰ ria riū. i. quod p
tinet ad cubiculū vel ad cubiculariū
Cubiculū li. i. lectꝰ a cubo bas
Cubile. a cumbo bis vel cubo bas dicitur hoc cu
bile lis. et est pprie concubinarū. sicut genialis spō
sarū. Fit em̄ ad lectū cōcubinarū potiꝰ descensꝰ et
inclinamentū q ascensus et producit bi
Cubio cubi onis masculini gñis id est masculus.
et dicitur a cumbo bis vel cubo bas
Cubitalis in cubitus vide
Cubitꝰ. a cubō dicitur hic cubitus ti. quia firmū

& solidũ membꝝ sit· vel cubitꝰ ti· deriuat̃ a cubo· bas· qꝛ sup̱ cubitũ solent cubare in comestione· & durat vsqꝫ ad manũ· Vnde hic & hec cubitalis. & hoc le· Et sũt cubitalia sup̱ q̄ cubitũ vel ceruicẽ reclinamꝰ· vt aurealia & puluinaria vel etiã alia· Cubitalis componit̃ bicubitalis le· tricubitalis le· Iteꝫ a cubitꝰ p̱ compositõeꝫ bicubicꝰ ca cũ· & tricubicꝰ ca· cũ· in eodẽ sensu cũ p̄dictis· Et vt dicit papias· Cubitꝰ dupliciter sũit̃· Vnꝰ q̄ nat̃aliter ad digitorũ sũmitatẽ a cubito vsqꝫ ꝓtẽdit̃· q̄liter moyses arcam mensurauit· Aliꝰ cubitꝰ est q̄ & maior dicit̃· q̄ brachio extenso toto cubito capiti p̄lato se eẽ demõstrat quo arca noe demetita est

Cubo bas cũ suis ꝯpositis in cũbo bis vide

Cubon interp̄tat̃ solidũ siue firmũ

Cubꝰ· a cubon dicit̃ hic cubꝰ bi figura solida que lõgitudine. altitudine· latitudine contĩet̃ sic facta· Vnde cubitꝰ dicit̃ nũs solidꝰ· scꝫ habens in sui denoĩatõe q̄ttuor voces vt bis duo bis· ter tria ter· Vnde cubicꝰ ca cũ· & hic cubicus ci· ꝓ illo solido nũo· scꝫ idẽ ꝙ cubꝰ scd̃m hug· & vt dicit pap̄· Cibꝰ grecũ est latinũ cubꝰ· vide in cibꝰ

Cuculla le in culla est

Cucullꝰ· a culla vel cucullà dicit̃ hic cucullꝰ· id ẽ· vestis caputiata & lata humeros eĩ & capita tegens instar caputii· Vnde iuuenalis· Sumere noctẽ nos meretrix angusta cucullos· & hic cucullus li· q̄ddam genꝰ poculoꝝ· Vnde horaciꝰ. Reges dicũtur m̃l'tis vrgere cucullis

Cuculꝰ li· a sono vocis nominat̃· Vide in curuca

Cucuma me. fei gñis a sono feruo & cor· pnl'· ris dicit̃ sic cacabꝰ· id est vas eneũ desuper cooperꝰtũ in quo calescit aqua vel coquit̃ cibꝰ· Item cucuma vel cucurma dicit̃ q̄ddam genꝰ claue

Cucumer· ab amarꝰ dicit̃ h̃ cucumer vel cucumis huiꝰ cucumeris· qꝛ interdũ sit amarꝰ q̄ dulcis nasci ꝓhibet̃· si lacte mellico coꝝ semẽ infũdat̃

Cucumerariũ· a cucumer dicit̃ hoc cucumerariuꝫ riĩ· locꝰ vbi cucũeres abũdãt & seruãt̃· & h̃ cucũerariꝰ rii· Et hec cucumeraria rie· q̄ vel q̄ eos custodit vel vẽdit· Esa· j· Sic tuguriũ i cucumerario

Cucurbita te· pnl'· cor· dicit̃ qꝛ sit fructu rotundo & foliis· vt cucumer vsualis· sed p̄cipue agrestis cucurbita· q̄ & coloq̄ntida dicit̃ scd̃m hug· Papias vero dicit· Cucurbita. id est zuccara q̄si specieꝫ cucumeris habꝫ· Est aũt frigida & hũida· Cucurbita etiã est ventosa vnde trahit̃ sanguis

Cudis in incꝰ dis vide

Cudo dis di cusũ. id ẽ fabricare· polire· sculpe· celare· Procudo dis· id est ꝓ aliq̄ re cudere· vel qd̃ ẽ retro cudere· Cudo & eiꝰ composita sũt actĩa. sic̃ & cõposita ab eiꝰ freq̄ntatõ cuso sas· Itẽ cudo & eiꝰ cõposita omnia faciũt p̄teritũ in cudi. licet quidam dixerũt cusi. & supinũ cusũ p̱ vnũ s· Itẽ omia ꝓducũt hanc sillabã cu in omi tp̱e· Itẽ cudis dicit̃ malleꝰ· vide in incꝰ· Itẽ scias ꝙ scd̃m p̄s· cudere· i· ferire· Vnde incꝰ dicit̃ ꝙ illic aliquid cudamꝰ· id ẽ feriamꝰ· Vnde p̄ris· introducẽs in x· li· illud virgilii in p̄mo eneid̃ sic dicit· At primũ silicis scintillaꝫ excudit achates· Suscepit igneꝫ foliis ꝛc· Excudit eñ tã p̄ns ꝙ̄ p̄teritũ p̄ot intelligi. sꝫ qꝛ suscepit· sb̃iũxit· meliꝰ p̄teritũ intelligimꝰ

Cui & huic· ꝓ mõasillabis accipiũt metrici. quia gtũs in ius desinẽs vna vult supare sillaba suũ datm̃ vt dicit p̄ris· agẽs de voce scd̃e declinatõis

Cuias· a cuiꝰ a· ũ· deriuat̃ hic & hec cuias atis interrogatm̃· possessiuũ· infinitũ. relatim̃· gentile & patriũ. Et habet q̄rere de gente vel de patria· tam̃ siml' & semel non potest q̄rere de vtroqꝫ· Ad qd̃ possũt responderi illa duo ꝓnomĩa nostras & vestras· vt cuias est iste respondet̃ nostras. id est. d̃ nostra gente vel patria· vel possũt responderi nomina gẽtilia seu patria· vt romanꝰ· ytalicꝰ· vel specificãtia gentẽ vel patriam posita in ablatõ casu cũ hac prepositõe de. vt cuias est iste· responderi potest de tuscia de bononia· & circũflectit̃ in fine cuias· qꝛ olim dicebat̃ hic & hec cuiatis & hoc te qd̃ penl'timam circũflectebat

Cuiꝰ a ũ· deriuat̃ ab hoc gtõ cꝰ· & debet hic i· sonare consonãtẽ· sed in gtõ primiti vocaliter cã differentie scd̃m hug· sed hoc non tenet̃ commũiter· Non eñ est necesse ꝙ i· ꝓferat̃ vocaliter ĩ gtõ cꝰ ad differentiã hꝰ nomĩs cuiꝰ a· ũ. qꝛ alia est differẽtia inter cꝰ gtĩm & cꝰ ntm̃. qꝛ cꝰ ntũs possessĩm ẽ & acuit̃ in fine· & tenet̃ concordare cũ sb̃stantõ ĩ tribꝰ· Vnde virgi· in bucoli· Dic mihi dameta cuiũ pecꝰ an melibei. Sed iste gtũs cꝰ non acuit̃ in fine & est primitim̃ & non requirit p̄dictaꝫ cõformitatem accentuũ. Nota ꝙ cꝰ tam primitĩm ꝙ̄ deriuatĩm est duaꝝ sillabaꝝ· & sic est ibi i· duplex ꝯsonãs Sed cui est monasillabũ· qꝛ gtũs eiꝰ scꝫ cꝰ superat eũ vna sillaba. & est ibi i consonãs sic̃ ĩ cꝰ· Itẽ ƀm vsũ declinat̃ ntõ cꝰ a· ũ· Actõ cuiũ am ũ. ablatõ a cuia· & non habet in vsu plꝰ· & est ĩfinitũ interrogatm̃· possessĩm· relatm̃. Item ad interrogatõeꝫ factam p̱ cꝰ ia iũ· debent responderi nomina vel pronomina possessĩa vel gtũs specificãs possessorem· vt cuiũ est istõ mancipiũ· respondet̃ petrinũ. meũ mei· martini· Item scias ꝙ cuia fei ge· & cuiũ neu· gñis acuũtur in fine· ꝓpter consortiũ mas· scꝫ cuiꝰ qd̃ acuitur in fine

Culcitra A calco cas dicitur hec culcitra tre penl'tima naturaliter correpta q̄i calcitra· qꝛ calcetur id est fartiatur plumis. vel dicitur a colo colis· qꝛ colatur diligenti cultura

Culex cis. animal paruũ volatile dictꝰ ab aculeo quo sanguinem sugit· Culices non tangũt hoĩem si absinthio cũ oleo cocto se perũgat vt dicit pap̄. & corripit li· & dicitur culex vulgo sizala Qꝛ antẽ corr̃· li patet in aurora vbi dicitur. Discurrũt culices hominem turbando quietũ

Culina ne· dicitur a coquina p̱ diminutõnẽ· vl' vt dicit priscianꝰ in iiii· libro de denomĩatis· a coquꝰ dicitur hec coquina & culina· & ꝓducit pnlẽ. Vnde iuuenalis. Centũ conuiue sequitur sua q̄qꝫ culina· Pap̄· vero dicit sic· Culina vel coquĩa locꝰ coq̄ndi a coquo dicta qui est artifex coq̄ndi

Culla· a culleus dicitur hec culla le genus vestis monachoꝝ· qꝛ ille qui hanc vestẽ gerit omnia debꝫ postponere secularia· Vnde hec cullula le dimi· & cullatus ta tũ· & hec cuculla le· idem qd̃ culla· vnde cucullatus ta tũ· Alii dicũt ꝙ cuculla est dimi· a cella q̄si minor cella vel casa· Alii vero dicũt ꝙ cuculla est dimi· a culla q̄si minor culla

Culleus lei. dicitur a claudo dis· & ẽ culleus quidam saccus de corio in quo damnati insuebantur· s qui patrem vel matrem vel fratrẽ occiderant· vel patriam ꝓdiderãt vel aliud magnũ scelꝰ commiserant. & cũ damnato includebãtur symia· serpẽs et gallus gallinaciꝰ & canis & sic in mare vel etiam in flumen vicinũ secũdũ q̄litatẽ illius regiõis ꝓiiciebatur· at tũc cãis simiã· simia gallũ· gallus ƀpẽtem p̱seq̄batur donec serpens p̱ os uel p̱ podicẽ dãnati ĩtrare cogebat̃· & sic magnis penis affligebat̃

vnde iuuenalis. Cuius supplicio nō debuit vna pa
rari Simia nec serpens canis nec culleus vnus. vel
dicitur culleus quasi occule⁹ ab occulo lis. A cul
le⁹ deriuatur culleatus ta tū. in culleū missus. &
hic culleolus li dimi. paru⁹ culleus. De p̄dicta pe
na dicit̄ in institutis & in codice legū

Cullula le dimi. parua culla

Culmen minis. id est. sūmitas tecti. q2 tecta do
moꝝ apud quosdā culmo coopiūt̄. Vnde culmine
us nea neū. & corripit i. ante n

Culmino nas pnl̄. correpta. i. exaltare. fastigiare.
sublimare. a culmē dicit̄

Culmites A culmio as & pl'aliter hi & he culmi
te pnl̄t. cor. i. diuites q̄ sibi diuitias accumulāt

Culm⁹ mi. mas. gn̄is. est ipse calamus spice qui a
radicib⁹ nascit̄. licet & culm⁹ q̄ndoq3 inueniat̄ p
ipō folliculo vnde spica exit. vel quādoq3 pro ipa
spica. & dicit̄ culm⁹ a calamo. quasi calm⁹. vn̄ hec
coloma me. id est calam⁹ cū spica sua

Culpa pe. id est noxa. crimē. mala fama. rep̄hēsio.
videt̄ deriuari a cello lis. qd̄ non est in vsu. quia p
cellat & percutiat hominē

Culpito tas freq̄n. & format̄ ab vltīo supino de
culpo as. culpatu. v mutata in o. & a in i

Culpo as dicit̄ a culpa pe. & est culpare. crimīari
reprehendere Culpo componit̄ disculpo as. excul
po as. in eodem sensu. id est defendere culpam. cul
pam impositam alicui ab eo remouere. Inculpo as
id est. culpam īponere. Culpo as actīm est. & om
nia ei⁹ ɔposita similiter sunt actīa

Culpone⁹ nei. calciamentū rusticoꝝ amplū & la
tū. qd̄ alio noīe dicitur pero onis. vt vult hug. Pa
pias etiā dicit. Culponei rustica calciamēta

Culpulula le dimi. parua culpa

Cultell⁹ li dimi. paru⁹ culter

Culter A colo lis dicitur hic culter tri. quia ante
q̄ falces essent reperte. vites & arbores cū cultel
lis antiquitus putabant & colebant

Cultꝝ tri neu. ge. i. patella qd̄ a colo lis dicit̄

Cultura re. pnl̄t. p̄d. dicitur a colo lis

Cult⁹. a colo lis dicit̄ cult⁹ a um. & compat̄ cul
tus tior tissim⁹. vnde culte ti⁹ tissīe aduerbiū. &
cōponit̄ Incult⁹ ta tū. & similiter ɔpat̄. & hic cul
t⁹ tus tui. & ē secūdū pap̄. cult⁹ ta. tum. ornatus.
aptat⁹. Cult⁹. religio quā credentes exhibem⁹ Et
scias q̄ incult⁹. id est. nō cult⁹ nomē est. sed incul
t⁹. i. inhabitat⁹ pticipiū est ab incolor leris

Cul⁹ li dictus quasi currus. quia p eū īteriora di
scurrant secundū papiā. & est idem cul⁹ q̄ an⁹ ni.
secunde declinatōnis

Cum p̄positō ablatō casui deseruit. & scribit̄ p u
& m. & venit solū p appositōz. aliquādo est adūbi
um tpis vt cuz p quādo. Inuenit̄ con p o. & n. &
venit tm̄ p ɔpositōz. Sed obijcit̄ de q̄cūq3 & cuius
cūq3. ubi cuz p u. venit p compositōnem. Ad hoc
dico q̄ cū potest p verā ɔpositōez venire nō tamē
pse. sed virtute hui⁹ ɔiūctōnis q3. sicut dixi supra
ī tercia pte in ca. de figura ɔposita. Et scias q̄ huic
coniūctōni cū nō est alia reddēda ɔiūctio. Vnde
male dicit̄. Cū de vestra misericordia ɔfidā. id vel
pterea vel idcirco ad vos recurrere nō formido.
Vnde quidā. Sermo dānat̄ ideo si cū comitatur

Cumba A cubo bas vel a cumbo bis dicit̄ hec cū
ba be. & hec cimba be. id est yma pars nauis & vi
cinior aquis sic dicta. quia aquis īcūbat. Vnde &
ipa nauis & precipue parua quādoq3 dicit̄ cūba si
ue ciba. Vnde pl'aliter cimbia oꝝ. dicūt̄ pocula fa
cta ad similitudinem cimbe nauis

Cumbo bis bui bitū. non est in vsu in p̄senti. & in
de cubo bas p̄ine ɔiugatōis. & habet idē p̄teritū
& supinū cū eo scz cubui & cubitū in eodē sēsu cū
eo. id est iacere inclinari. sed cubare poti⁹ spectat
ad lāguidos & ad insidiatores & vigilatores. Vn
de cubare inueniāt p insidiari vel vigilare vel infir
mari. Itē secūdū antiq̄tatē inuenitur q̄ cubo as. fa
cit p̄teritū in aui & supinū in atū. vt cubaui cuba
tū. & secūdū hoc ꝓprie ptinet ad lāguidos vel insi
diatores vel vigilatores. vnde vers⁹. Sanus eo cu
bitū male san⁹ vado cubatū. Cūbo bis & cubo as
ɔponūtur accūbo bis & accubo bas. & est accuba
re toto corpe. accūbere cubito. & ꝓprie in ɔmesti
one. Itē cōcūbo bis. & etiā ɔcubo bas. id est coire
vel pariter vel insimul iacere. vnde hic ɔcubit⁹ tus
Itē decūbo bis et decubo bas. id est vigilare vel ia
cere in partu vel in infirmitate. Itē discūbo bis. &
discubo bas. id est iacere ad comedēdū in triclinio
vl' etiā ī alio loco. solebāt eī iacētes supra cubitū
comedere. Item excūbo bis et excubo bas. id est vi
gilare causa custodie. quasi extra cubare. quod fa-
ciūt q̄ ciuitates vel castra vel castella custodiūt de
nocte. Itē incūbo bis et incubo bas. id est īminere
instare. vel alienā rē inuadere et vi possidere. Sed
incūbere ꝓprie accipitur in prima significatōe. sed
incubare ꝓprie in secūda. Itē intercūbo bis et īter
cubo bas. id est inter aliqua cūbere vel cubare. Itē
ꝓcūbo bis et procubo bas id est procul cubare vl'
inclinari vel ante vel in anteriori parte. Item occū
bo bis et occubo bas. id est contra aliquid cūbere
vel cubare. Itē recumbo bis et recubo bas. ꝓprie ī
cubiculo. sicut recubat lāguid⁹. sed accūbit in tri
clinio ɔuiua. Item recūbere vel recubare. id ē sedē
vel iacere ad comestionē. Itē succūbo bis et succu
bo bas. id est cessare vel supari. vel sube⁹ cumbere
vel cubare. Cumbo bis et cubo bas. et omnia com
posita ab eis sūt neutra. et omnia faciunt p̄teritū
in cubui. et supinū in cubitū. nisi q̄ secūdū antiq
tatē a cubo bas et ei⁹ ɔpositis inuenitur quādoq3
p̄teritū in aui et supinū in atū secundū hug. Item
oīa corripiunt hanc sillabā cu vbiq3 nisi positōne
defendatur. Itē ab omnibus inueniūtur freq̄ntatīa
vt accubito tas ꝛc. Itē cōposita a cūbo et a cubo fe
re in eodē sensu inueniūtur. et si in sensu differunt
patet ex p̄missis secundū hug. Hic nota versus dif
ferentiales et magistrales. Accumbens dormit di
scūbens fercula sumit Concūbēs violat ꝓcumbēs
numē adorat. Occūbens morit̄ uict⁹ succūbē fert
Qui cubat ille iacz uigil excubat incubat ales

Cumi interpretatur surge. et accentuatur in fine
Marci quinto. Tabita cumi. id est puella surge Ti
bi dico nō est de interpretatōe

Cuminū ni gn̄is neutri penult. ꝓducta. Et ut di
cit papias Cuminū latine ciminum grece. herba est
vide supra in ciminum

Cumulatī adū. id ē ɔgestī a cumulo las dicitur

Cumulo las pnl'. correpta i cumul⁹ expouitur

Cumul⁹ A culm⁹ dicitur cumul⁹ li. id est summi
tas et aliquorum coaceruatio. vnde hec cumulatō
onis. vnde cumulosus sa suz plenus cumulo. Et cu
mulo las penultima correpta id est congregare au
gere multiplicare congerere ad summum implere.
vnde verbalia. Cumulo ɔponitur. Accumulo las
id est aggregare Decumulo las. id est valde cumu
lare uel cumulū auferre. Et est actīm cū omnibus
suis compositis et cor. mu. vn̄ q̄dā. Gaudia stultoꝝ

cumulant augmenta doloꝝ vel maloꝝ
Cuna A cine greco dicit̃ hec cuna ne ·q̃si cina·id ē lectul? vbi pueri iacere consueuerũt· Ideʒ & alio nomine dicit̃ crepũdiũ & dicit̃ sic· qꝛ partui solet adhiberi·vel qꝛ puer in ea iacet cinct?·Cuna etiaʒ dicit̃ dea paganoꝝ q̃ cunã dicit̃ infanti administrare·vñ hoc cunabulũ illud idẽ q̃ cinabulũ·Et cunabulũ dr̃ temp? ĩ quo puer iacʒ ĩ cunabulo·& ꝯpõitur hoc incunabulũ idẽ qđ cunabulũ
unabulũ li pnl'·cor·in cuna exponit̃
uncta te·i·mora·& dicit̃ a cũct? a ·um. Vnde katho·Prospicito cũcta tacit? qđ q̃sq; loq̃t̃· Non eñ potest hic li cũcta esse pl'alis numeri & actĩ cas?·quia sic essʒ ꝯstructõ incongrua. Est ergo abl'tis singularis & talis est constructõ & sens? Tu tacit? ꝓspicito id qđ q̃sq; loq̃t̃. ꝓspicito dico cuncta· id ē p cũctã. i·p morã anteq̃ꝫ des respõsũ vt intelligas qđ dicit̃·qꝛ qui pri? respõdet q̃ꝫ audiat stultũ se esse demõstrat & cõfusione dignũ
unctatim aduerbiũ·id ē dubitãter vel morãter vel omĩo siue omimodo· & dicit̃ a cuncta cte vl'
unctipotẽs.id est de? cuncta potẽs a cũct? pnl't. cor· & potest esse gn̄is omis
ũctitenẽs tis·i·cũcta tenẽs pnl'. cor·ge·omnis
unctor A cũcta te siue cũct? dicit̃ cũctor aris tat? tatũ·id est morari vel dubitare· q̃ eñ vniũsuʒ vult videre vel numerare·oportʒ eũ morari & dubitare· & scribit̃ cũctor aris ꝓ morari vl'dubitare cũ omib? suis ꝯpositis p u·Cõtor ãt cõtaris pro inq̃rere cũ omnib? suis compositis debʒ scribi p o vide in cõtor p o·in prima sillaba
unct? A cune? vel coco is dicit̃ cũct? ta tum id est vniuers?·vel collecta in vnũ vniũsa multitudo q̃i cune?·qꝛ omẽs ĩ vnũ coeãt·Cũcti ei dicunt̃ omẽs cũ ꝯiũcti sũt & simul faciũt·aliter dicũt̃ omnes & nõ cũcti· & scribit̃ p u·ĩ p̃ma sillaba· Inueniẽt cõt? p o in p̃ma sillaba sed aliud est de quo supra dixi ĩ suo loco. Itẽ declinat̃ hec cũcta te· vnde q̃dam·Prospicito cũcta si vis bñ dicere cũcta
une?·a coeo is dicit̃ hic cune? nei ;id ē collecta in vnũ militũ vel peditum multitudo·vnde qui in vnũ coeũt dicunt̃ cune? quasi conue?. qꝛ in vnum coeãt & cogant̃ omẽs·Cune? etiã dicit̃ quoddam instrumẽtũ ligneũ ad findendũ ligna & ad firmandũ stilũ in ferramẽto aliquo vel alia re· similiter a coeo is·qꝛ coeat in sũmitate·vel qꝛ sui interpositõne diuersa faciat coire vel coartari· Ad cui? similitudinẽ dicũt cuneũ in expeditõe dici
uniculin? a·um·pnl't. ꝓđ· vide in cunicul?.
unicul?·a cun? dicit̃ hic cunicul? li idẽ qđ cuneus scʒ via occulta & s̃bterranea·vnde hic cunicul? li·pnl't·cor· quoddã animal in s̃bterraneis hitãs cauernis· vel dicit̃ cunicul? q̃si canicul?·qꝛ canũ indagine capiat̃· & hinc cuniculin? a um possessiuũ vt cuniculine pelles· Itẽ a cunicul? dicit̃ hic cuniculus li quoddã gen? machinaꝝ caute ad vrbes capiẽdas inuẽtũ. vel est castrꝝ sub terra factũ instar cunoꝝ·vnde & volũt ipm̃ inde deriuari· Vnde amb·sup egesippũ· Iohes p̃nceps seditõnũ cuniculũ suffodit· & potest intelligi cunicul? tam via illa subtẽranea q̃ꝫ machĩa ĩ ea facta nã huiusmodi fouee s̃bterranee sepe fiũt ad capiendũ opida
unio is iui ire· verbũ neu.id est·putrescere vel sterc? facere. vnde hic cunn? ni· & inde hic cunnulus li dimi·vas mulieꝝ
ũn? ni in cunio exponit̃
un? ni mas·ge·id est foramẽ· occulta via & subterranea. & inde hic cunicul? li
upedia·a cupid? dicit̃ hec cupedia die·id est cupiditas edẽdi & bibẽdi· vñ aug?· ĩ libro de do·cristiana· Fieri p̃t vt sine aliquo vicio cupedie vel voracitatis p̃ciosissimo cibo sapiẽs vtat̃
upedios? sa sũ.id est cupidus vel superbus· & dicit̃ a cupedia
upe est infinitĩ? de cupio is· & cor· pnl't
upes·a cupio is pl'alit̃ hec cupes iũ.id est cibi lautiores·vnde p̃t oriri cupido secũduʒ hug·Pap·vero dicit·Cupes fastidios?·supb? cupid?·
upidenari?·a cupid? vel cupido dĩs & denari? componit̃ hic cupidenari? narij denarioꝝ cupid? sic̃ mercator·Vel adiectĩe p̃t declinari cupidenarius ria riũ·a cupio & denari? rij.id est cupiẽs denarios·Vnde terenci? ĩ eunucho·Concurrũt leti obuiam michi cupidenarii
upidine? a ũ·id ē voluptari? a cupido dĩs
upido·a cupes vel cupio is dicit̃ hec cupido dĩs fẽi gn̄is ꝓ cupiditate· sʒ ꝓ filio veneris est mas·ge· Et hinc cupidine? nea neũ· Et scias q̃ꝫ cupido tam ꝓ voluptate q̃ꝫ ꝓ filio veneris ꝓducit pi·Pro cupiditate sumit̃ palip·ii·ca.xix· Nõ est inq̃t apđ dominũ nostrꝝ iniq̃tas nec ꝑsonarũ acceptõ·nec cupido muneꝝ· Et in oui·de arte·Qđ latʒ ignotũ est. ignoti nulla cupido·qꝛ scđm augustinũ & grego· Omĩo incognitũ nõ p̃t diligi·Pro filio ãt veneris sumit̃ in ouiđ·de reme.Pare tuũ natũ sceleris dãnate cupido·Itẽ inuenit̃ cupid? da dũ· dtõ cupido de·do· & tũc cor·pi· & sũit̃ sic in oui·epi· A iuuene & cupido credat̃ reddita virgo· Vnde patʒ q̃ꝫ cupido ĩueniẽt ĩ trib? sig̃ficatõib? q̃ ꝯtinent̃ in hoc v̉su· Ipe cupido nocʒ multis cupidoq; cupido
upidul? la lũ dimi. aliq̃ꝫtulũ cupid?
upid? A cupio is dicitur cupid? da dũ· & ē cupid? ĩ adquirẽdo·auar? in retinẽdo· & ꝯpatur ·cupid? dior dissim?. Vnde cupide di? dissime adũ. & hec cupiditas atis· & cor·pi· & dr̃ cupidus quasi multũ cupiens vel capiens· Differt cupiditas a voluptate vt dicã in voluptas
upio is iui itũ cre·tercie ꝯiugatõis· Et distigue sic·ambim? honores & dignitates· Cupim? alias res mũdanas. desideram? celestia· Itẽ cupimus & p̃ntia & absẽtia·desiderã? tantũ absentia·petimus cupitũ· Desideriũ mulieris q̃rimus· Itẽ scias q̃ꝫ inq̃rimus de quib? dubitam? ĩ difficili q̃stõne q̃ solui volum? Sʒ interrogamus quod respõderi volum? A cupio deriuatur cupisco cis inchoatiũ· & p cõpositõem cõcupio is·vnde ꝯcupisco cis inchoa· tñ concupio mõ nõ est ĩ vsu. Cupio & composita ab eo sũt actĩa & faciũt p̃teritũ & supinũ ad moduʒ q̃rte ꝯiugatõis. & oĩa cor·hãc sillabã cu vbiq;
upitis q̃ñ est verbũ cor·pnl't·quãdo vero est casus dati vel ablati de cupit? ta tum ꝓducit penl't· sicut cupitum supinum de cupio. Vnde q̃daʒ· Multa viri cupitis multa periere cupitis
upla le ,deriuatur a copulo las· & sunt cuple ptes edificioꝝ sic dicte·quia copulãt inter se luctãtes· Luctantes similiter sunt ptes edificioꝝ sic dicti· qꝛ erecti inuicẽ se teneant more luctantium
uppa pe idem est quod dolium· vnde lucan? in mj·Nãq; ratẽ vacue sustentant vndiq; cuppe.
ur aduerbium·id est quãobrem·quare·est & interrogatiuum & relatim
ura·a cor dicitur hec cura re·id est·solicitudo. anxietas·Qꝫ ãt dicitur cura quasi cor edens vel q̃i cor vrens vel quasi a corde ruens·vel q̃i cor agitãs

ethimologia est nõ ꝯpositcõis ostensio· Scđm quos dam tñ deriuat᷑ a corruo is· Differt tamē cura a so licitudīe· qꝛ solicitudo moderata ē & tp̱alis· sꝫ cu ra sine moderamīe ē· Itē cura ē medicia· Vnde ver sus· Cura fugat morbos & auaꝝ pectꝰ adurit·

Curator toris dicitur a curo ras· quia curaꝫ ferat de pueris· qui eiꝰ etatis sũt vt sua negocia admi strare non possint

Curculia lie· fe· gñis· Curculias vocant naute fu nes qbꝰ in tempestate vtũtur secũdũ hug· Papias etiam dicit· Curculias naute suo more vocãt funes quibus in tempestatibus vtũtur·

Curculio· a gutture dicitur hec curculio onis qui dam vermis qui comedit legumīa· quia pene nihil aliud est ꝙ guttur· quasi eñ cõstat totꝰ ī gutture Sed hoc nomē viciose inuenit᷑ scriptũ p̱ g· cũ cer tuꝫ sit esse scribendũ p̱ c· scꝫ curculio· sed hic error accessit ꝓpter deriuatõem factã a gutture· dicitur eñ curculio quasi gurgulio a gutture· & hic facta translatõe curculio dicit᷑ priapꝰ· Cũ eñ priapus ē inflatꝰ est silis illi ũmi· h eñ totus videt᷑ ꝯstare in gutture & fere nihil aliud eē videt᷑ nisi gutt᷑ scđm hug· Pap̃· vo dicit· Curculio v̊mis frumti vl' fabe

Curculiũculꝰ li dimi· p̱uꝰ curculio

Curia rie dicitur a cura· qꝛ ibi frequēs est cura & solicitudo de rebꝰ administrãdis· De curia dicit q̃ dam. Curia curaꝝ genitrix· nutrixqꝫ malorꝫ· Inui ctis victos inhõestis eq̃t hõestos· Et ē ibi q̃daꝫ co lor rhetoricꝰ q̃ dicit᷑ agnoĩatõ· Itē curia· id ē mere trix· Vñ curia ius curat meretx ē curia dicta

Curialis A curia dicit᷑ hic & hec curialis & hᵒ le qui est de curia vel p̱tinēs ad curiam vel res curie Et compatur curialis lior lissimꝰ· vnde curialiter lius lissime adũ· & hec curialitas atis· Itē curiales dicũt᷑ qui accipiunt curã de plebe & ciuilia officia procurãt & exequũt᷑· & deriuatur a cura. Hi ijdeꝫ dicunt᷑ & decuriones

Curiatī adũbiũ· id ē de curia in curiã· vel curiatī id ē curialiter· & deriuatur a curia vel curialis.

būt·notaẽ securitas·Per hoc aūt ꝙ subdit terram
innuitur eternitas Quia ecclesi·primo dicitur Ter
ra autem in eternū stat·

Mitos grece fabula dꝛ latie scđm pap̄·

Mitra tre·fe·ge·i·pilleū frigiū caput pcīngēs qle
est oꝛnamētū capitis deuotaꝝ·sed pilleū viroꝛū ē
mitra femīaꝝ·Mitra etiā est epoꝝ·Et mitra funis
est quo medio nauis vinciẽ·

Mitridates rex pōti dꝛ fuisse·& coꝛ·pl'·Vn̄ i auro
ra diciẽ·Anthoniꝰ marcꝰ & mitridates in aurem

Mitto tis·misi·missū·mittere·i·intromittere·Et
mittere·i·mādare·sed mittimꝰ res aīatas·Māda
mꝰ iaīatas·sed hec ꝓprietas sepe confūdiẽ·Mitto
cōponiẽ·Admitto tis·peccare accipe·assumere·ex
lassare·& cū quadā velocitate et agilitate equū ð
tere vel ducere·& cōponiẽ ex ad & mitto·Itē mit
to cōponiẽ cū a & diciẽ amitto tis amisi amissū·id
est pdere·Itē cōponiẽ cū cō·& diciẽ cōmitto tis·
Itē cū circū·& dꝛ circūmitto tis·Itē cū de·& dici
tur demitto tis·i·deoꝛsū mittere inclinare·Itē cuꝫ
di·& diciẽ dimitto tis·itē cū e·& diciẽ emitto tis
id est·valde vel extra mittere·itē cū in·& intro·&
diciẽ imitto tis·& intromitto tis·in eodem sensu
& intromittere vulgariter·i·infra mittere quasi in
rem se mittere·itē cū iter·& diciẽ intermitto tis·
id ē·inẽ aliqua vel interpolati vel interim dimittē
derelinquere·itē cōponiẽ cū manꝰ·& dꝛ manumit
to tis·i·manu emittere vel liberare·itē cū pro·&
diciẽ ꝓmitto tis·item cū pre & diciẽ p̄mitto tis·i·
ante mitto·itē cū preter·& dꝛ p̄termitto tis·i·ōse
sere derelinquere·item cū p et dꝛ pmitto tis·i·cō
cedere·cōsentire·itē cū ob·& diciẽ omitto tis subẽ
cta b·i·p̄termittere·itē cū re·& diciẽ remitto·iteꝫ
cū sub & diciẽ submitto tis·i·suppono·itē cū trās
& diciẽ trāsmitto tis·i·vltra mittere·Mitto et ciꝰ
cōposita faciūt p̄teritū in si·& sup̄·in sū·et oīa sūt
actiua p̄ter omitto et admitto·ꝓ peccare vel exlas
sare·Et p̄ter dimitto et remitto·pro parcere·que
sūt neutra·& oīa gemināt t·et in p̄terito scribunẽ
p vnū s·sed in supino p duo s·vt misi missū·A mit
to tis·dꝛ misso sas frequētatiuū·A quo missito mis
sitas aliud frequentatm̄·i·freqnēter mittere·Inue
niẽ etiā mittito tas·i·frequēter mittere ¶Nota
hic ꝙ mitto & destino et verba que ad missionem
ptinēt recipiētia post se actm̄·si ille accusatiuꝰ desi
gnat rem ratōalē·recipiūt aliū actm̄ mediāte p̄po
sitōe ad·vt mitto nūciū meū ad te·Si vero accusa
tiuꝰ ille qui a verbo regiẽ notat aliā rem ꝙ ratōa
lem·tūc verbū nō regit aliū accusatm̄ sed dtm̄·vt
mitto tibi cētū solidos·vt dixi in t̄cia parte vbi egi
de regimine i capl'o de actō·

Mitus·a mitis dicitur hic mitus miti·id est·fabu
la iocosa et relatu dulcis·

Mixtus ta tū·in misceo sces·est·

Mna mne pōdus est·Et est nomē grecū·&
qn̄ꝫ poniẽ ꝓ obolo·Inueniẽ etiā ipatm̄ de
no nas·sꝫ tūc scribiẽ sine m·vn̄ versꝰ·Si
vis mnā vir na·dabiẽ tibi nātis in ir mna·Et vt di
cūt mna duas libras & semis appēdit·

Moab & amon filij loth a quibꝰ moabite·et
amonite dcī sūt·& acuiẽ in fine moab

Moderatus·a moderoꝛ raris dꝛ modera
tꝰ ta·tū·nomē·i·tēpatus·Et cōpaẽ moderatꝰ ti
oꝛ tissimꝰ·Vnde moderate tiꝰ sime aduerbium·&
est moderatꝰ qui nec plꝰ nec minꝰ facit ꝙ debeat·
Et componitur·Immoderatus ta tnm·qui plꝰ vel
minus facit·Et cōpaẽ similiter·

Modernus a modꝰ dꝛ modernꝰ na nū·i·istiꝰ tē
pis·& cōpaẽ modernꝰ nioꝛ simꝰ·vn̄ moderne niꝰ
sime adūbiū·& hec modernitas tatis

Moderoꝛ·a modꝰ diciẽ moderoꝛ raris ratꝰ sum·
rari·i·regere gubernare·& i eodem sensu cōstrui
tur cū datō et actō Vnde hic moderatoꝛ toris Et
hec moderatō onis & hic et hec moderabilis et hº
le·vnde moderabiliter aduerbiū & hoc moderam̄
mis et hoc moderamētū ti·Et moderatī aduerbiū
et moderātēꝛ aduer·et coꝛripit de moderoꝛ·

Modestus a modus diciẽ modestꝰ ta tū id est tpa
tus et discretꝰ nec plus quicꝙ nec minꝰ agēs nec
etiā irascens Et compaẽ modestꝰ tioꝛ simꝰ vn̄ mo
deste tius sime aduerbiū·et hec modestia stie Moð
stia ē ī facto sꝫ modꝰ in dicto vel cōcupiscētia

Modicꝰ a modꝰ deriuaẽ modicꝰ ca cum·id ē·ratō
nalis mensuratus moderatꝰ·et modicꝰ id est puꝰ
sed ip̄ꝛopꝛie et abusiue diciẽ·vnde modice aduerbi
uꝫ·et hec modicitas tatis·et modico cas id est tpa
re modificare Qꝛ aūt diciẽ modicꝰ quasi moduꝫ ca
piens vel quasi modi custos ethia est·et cōponiẽ·
Immodicus ca cum·i·imtēpatus imensuratus·et
coꝛripiunt predicta di

Modifico a modꝰ et facio cōponiẽ modifico cas·
caui care id est tempare alicuiꝰ modi facere·vnde
modificꝰ ca cū·et coꝛripit fi

Modiolus li dimi·puus modiꝰ scđm huguitōem
Diciẽ etiā modiolꝰ pnl' coꝛ·illō grossū lignū in ro
ta p qđ caput axis imittiẽ in quo radij in circūitu
infixi sūt·et diciẽ tunc modiolus a modio qꝛ i mo
dū modij capax est et cōcauus

Modius a modus diciẽ hic modiꝰ dii qꝛ sit in suo
modo pfectꝰ·et est mensura libraꝝ quadragitaq̄t
tuoꝛ·et sextarioꝛū vigintiduoꝝ cuiꝰ nūi causa īde
tracta est quia in pricipio deus vigitiduo opa fe
cit Nam pꝛima die septem opa fecit id est materiā
infoꝛmem angelos lucem supioꝛes celos terrā aq̄m
et aerē Secūda die firmamentū solū Tercia die q̄t
tuoꝛ scꝫ maria semina sationes et plātaria Quarta
die solem lunā et stellas·Quīta die tria scꝫ pisces
et reptilia aquarū et volatilia Sexta autem die q̄t
tuoꝛ scꝫ bestias pecudes reptilia terre et hominem
et facta sūt oīa vigitiduo geneꝛa in sex diebus·Et
vigintidue generatōes sūt·ab adam vsqꝫ ad iacob
ex cuiꝰ semine nata est omnis gens isrhael·et vigi
tiduo libri veteris testamenti vsqꝫ ad hester·et vi
gintiduo sunt literaꝝ elementa·quibꝰ cōstat diuīe
legis doctrina·His igiẽ exemplis modius viginti

duoꝝ sextarioꝝ a moyse scd̃m sacre legis doctrinam effectus est. et ꝗuis diuerse gentes huic mensure pōdus vel adiiciant ignorant vel detrahant. tam apud hebreos cōstitutōne diuina tali ratōe seruat̃ Item modius est cui arbor nauis insistit. ob similitudinē mensuralis vasis sic dictꝰ.

Modo aduer. in modus vide.

Moduloꝛ. a modulꝰ qd̓ est cantus d̓r moduloꝛ laris latꝰ sũ lari. i. cātare dulciter melodias facere. inuenit̃ etiā modulo las in eodē sensu. Vnde hꝰ modulamē mis. cātatō dulcis & mellica. Et modulās tis. omnis generis. vñ modulāt̃ adũ. & hec modulātia tie

Modulꝰ a modꝰ deriuat̃ hic modulꝰ li. di. puꝰ modꝰ. vnde hic modulus duli. id ē. tropꝰ. cātus qui ꝑcinit̃ in principio misse. vel matutini. vel vespaꝝ. & coꝛ. du.

Modꝰ di. i. terminꝰ finis vel mēsura vel maneries vel cōdicō vel tꝑamētũ. Et ponit̃ datiuꝰ & ablatꝰ istius noīs scꝫ mō aduerbialit̃ ꝓ nũc vel aliquādo vel paulc ante vel tm̃mō. Et ꝯponit̃ Amodo id ē. deīceps Tātũmō Solũmō. & postmodũ. i. postea. & admodũ id est. valde. Itē iste genitiuꝰ modi cōponit̃ Istiusmōi Illiusmōi Aliusmōi Huiꝰmōi Huiuscemodi noīa īdeclinabilia. & oīs gn̄is. De hoc plenię dixi in tercia pte ī capitulo de figura ꝯposita noīs. Modꝰ etiā est accidēs verbi. & scd̃m hoc quīqꝫ sũt modi. scꝫ indicatiuꝰ impatiuꝰ optatiuꝰ subiunctiuꝰ īfinitiuꝰ. Quot aũt tꝑa habet quilibꝫ modꝰ dixi supius in tercia pte in tractatu verboꝝ vbi egi d̓ modis verboꝝ. Vtꝝ aũt Quō Nullomō Vllomō Quodāmō sint vna pars vel due. supra determinaui in secũda parte vbi egi de accētu aduerbii. in caplo de cōpositis a mō.

Moys grece ltīe d̓r aqua & acuit̃ in fine.

Moysaycꝰ ca cũ. res moysi. vel ad moysen ꝑtinēs pnl̓. coꝛ. & d̓r a moyses. & tacetur y. in pronũciatōne. licet scribatur.

Moyses a moys qd̓ est aqua d̓r hic moyses si. id ē aquaticꝰ. qꝛ in aqua fuit inuētꝰ. & ex aqua sũptus Vnde moyses interꝑtat̃ sumptꝰ ex aqua. Inueīt eī eũ ad ripā fluuij expositũ filia pharaonis quē colligens adoptauit sibi. & vocauit eũ moysen. quia d̓ aqua sũpsisset eũ. Et videt̃ quibusdā ꝙ sit nomen cōpositũ a moys & hiesus qd̓ est saluator. qꝛ saluatꝰ fuit ex aqua. & coꝛ. pnl̓. Vnde in auroꝛa dicit̃. Quod petis o moyses viuēti nō dat̃ vlli. Sꝫ de sillaba vltīa pōt dubitari an acuat̃ Dicũt quidam ꝙ nō debet acui cũ sit declinabile. sicut nec vlixes vlixis. Alij dicunt ꝙ debet in fine acui. et hoc vsꝰ maxime lombardoꝝ approbat. Et scias ꝙ sepe īueniē achilli ꝓ achill̓. et moysi ꝓ moysis ī gtō ꝑ apocopā

Mola. a molo lis d̓r hec mola le. vbi feꝝ molitur & acuit̃. & mola le puls ex farīa aqua & sale. qua olim victime int̃ cornua ꝑfũdebant̃. Et si patiētes erāt bone erāt. Etsi recalcitrabāt male erāt et reijciebant̃. Vnde hiesus xp̄s fuit bona victima. quia non recalcitrauit. sed quasi ouis nō aperiēs os suũ ductꝰ est ad occisionē. & ide cōponit̃ imolo las. i. sacrifico. Itē a molo lis. hec mola le. vbi frumētũ terit̃. vel dicit̃ mola quasi mala. a malon. i. a rotũditate sui. Mola asinaria dicit̃ qꝛ cũ ea molit asinus. qꝛ in quibusdā molēdinis asinus voluit rotā cũ mola. vl̓ mola asinaria dicit̃ ꝗuis & pōderosa sarcina qꝛ onerat asinũ. & coꝛ. mo. vide in moles

Molaris a mola deriuat̃ hic et hec molaris & hoc re. ad molā ꝑtinēs. & hic molaris lapis mole. vl̓ vñ fiũt mole. l̓ magnꝰ ad modũ mole. & hic molaris dēs maxillaris. qꝛ cibũ illis dētibꝰ ꝗi mola molimꝰ.

Molēdinũ. a molo lis d̓r hoc molēdinũ dini. vnde hic molendinariꝰ rij. & hec molēdinaria rie.

Moles lis fe ge. i. difficultas magnitudo magnũꝫ pōdus. & ꝓdu. ꝑmā. sed molo lis. & mola le. coꝛ. mo. Vnde versꝰ. Que frumēta molit. mola fit. moles tibi pōdus. Nō leuitate mole sꝫ aq̄ currit rota

Molestus a moles dicit̃ molestꝰ ta tũ. i. eger tristis. turbatus quasi a mole turbationis sic dictus. Et molestus etiā dicit̃ molestiaꝫ inferēs. inquietās. & compat̃ molestus tioꝛ tissimus vnde moleste tiꝰ tissime aduer. & hec molestia tie & hinc molestiosus sa sum. i. molestiā inferēs. vnd̓ molesto tas tauitare. i. molestũ vel molestiā facē. inquinare. & est actm̄.

Molim̄. a molioꝛ liris d̓r hoc molim̄ mīs. i. conam̄ Pōt etiā habere significatōes de molioꝛ. & ꝓdu. li

Molimētum. a. molioꝛ liris. dicitur hoc molimētũ menti. id est conamen.

Molioꝛ a moles deriuat̃ molioꝛ ris litꝰ sũ. liri. id ē cũ difficultate conari. & dicit̃ ꝓprie de magnis rebus. vel moliri. i. machinari parare fabricare excogitare disponere. vel cũ difficultate vel īgeniose aliquid facere. Molioꝛ cōponit̃ cũ a. & dicit̃ amolioꝛ liris. i. remouere auertere. Itē cōponit̃. Demolioꝛ liris Emolioꝛ liris id est valde vel extra moliri. et est depo. molioꝛ. & ꝓdu. ꝑmā. scribit̃ tamē ꝑ vnuꝫ l. Lucanꝰ in. v. Heu quantũ foꝛtuna humeris. iam pōdere fessis. A molit̃ onus ꝛc.

Molitoꝛ a molioꝛ liris dicit̃ hic molitoꝛ toris artifex fabricatoꝛ. & ꝓduc. li. Ouidius in. x. metham. Primeqꝫ ratis molitoꝛ iason

Molleo. a mollio lis dicit̃ molleo les lui lere. i. esse vel fieri mollem. & cōponit̃. Emolleo les. & hinc mollesco scis incho. & emollesco cis incho. Remolleo les. id est. iterũ mollere. & inde remollesco scis & scribũtur per geminũ l. mollis.

Mollestra tre pellis ouina. a mollis lis dicit̃ qꝛ sit

Mollicia cie. in mollicies vide

Mollicies. a mollis d̓r hec mollicia cie. et hec mollicies ciei. in eodē sensu.

Molliculꝰ. a mollis dicit̃ molliculꝰ la lum. aliquātulũ mollis. & coꝛri. pnl̓.

Mollifico. a mollis et facō cōponit̃ mollifico cas. caui. i. mollē facō. et ē verbũ actm̄. et coꝛ. fi.

Mollio liui. litũ lire. i. tꝑare mitigare blādire eneruare mollē reddere. Iob. xxiij. Deus molliuit cor meũ. vnde mollito tas fre. pnl̓ ꝓd̓. Mollio cōpoīt̃ Cōmollio lis. i. simul mollire Demollio lis. i. vald̓ vel deoꝛsũ mollire vel indurare. Emollio lis. i. valde vel extra mollire. Permollio lis. i. ꝑfecte mollire. Premollio lis. i. p̄ alijs vel ante mollire Remollio lis. i. iterũ mollire Submollio lis. i. subtꝰ vl̓ parũ mollire. et est actm̄ mollio cũ oībus suis cōpositis. et quarte cōiugatōis.

Mollis a mollio deriuat̃ hic et hec mollis et hꝰ le quia vigorē sexus eneruati coꝛpis dedecoꝛet. et ꝗi mulier emolliat̃ Et cōpatur. vnde molliter lius sime adũ. Mollis cōponit̃ Premollis. ꝙmollis. Permollis Et inuenit̃ mollis nomē et verbũ. et vtꝝqꝫ primā ꝓducit positōe. vnde quidā Tu verbis mollis. me blādis femina mollis

Molo lis lui molere caret supīaut facit multũ vel molitũ pnl̓ coꝛ. Et est molere acuere & ꝓprie ferrũ Et molere. i. terere sicut triticũ vel aliam annonam Et molere id est subagitare vel coire. vñ ī liꝰ iudicũ. Sansonem clausũ in carcere molere fecerũt

vbi dicit magister in historijs. Molere fecerūt q̄si
ope seruili eū affligētes. Hebrei tñ tradūt ꝙ phili
stei fecerīt eū dormire cū mulieribꝰ robustis. vt
ex eo ꝓlē robustā suscipent. & ē tracta hec signifi
catō a p̄dicta. Qui em̄ coit quasi molere & tere
re videt̄. Molo cōponit̄ Cōmolo lis. i. simul molē
Demolo lis. i. valde vel male molere Emolo lis. i.
extra vel valde molere Immolo lis. i. valde vel itꝰ
molere Permolo lis. i. ꝑfecte molere vel subagita
re Remolo lis. i. iterū molere. Molo et eius cōposi
ta faciūt p̄teritū in lui. & carēt sup̄. Et scdꝫ ꝙ per
tinēt ad actū molaꝝ neutra sūt. sed scdm ꝙ accipi
unt̄ trāslatiue ꝓ terere vel subagitare actiua sūt.
ita dicit hug. & cor. mo. Vnde horatiꝰ in sermo.
Permolere vxores nolim ladarier inquit. Sed mo
les p̄mā ꝓducit. vnde quidā. Que frumenta molit
mola. moles sit tibi p̄dꝰ. ¶ Hic nota ꝙ molo lis
nō habet sup̄. in frequēti vsu ad drn̄tiā huius nois
multū. possumus tñ dicere molitū. sicut volo qđ
deberet facere vultū sicut patet ꝑ nomē ꝑticipiale
vultꝰ. qđ scdm p̄s. nascit̄ ab eo. & tñ est iā in vsu
volitū apud theologos.

Moloch. qđdā idolū fuit

Molosus a molo lis. dr̄ hic molosꝰ si. i. magnus ca
nis. quasi ad molādū aptus seu patꝰ. vel molosus
fuit filiꝰ pirri. vnde dicta est hec molosia quedam
terra scꝫ epirꝰ vel pars epiri. vnde molosus sa sū.
& molosius sia siū. Et hic molosus si. quidam pes
cōstans ex tribꝰ longis. dictꝰ a saltatōne moloso
rū quā exercuerūt ai mati. Et hic molosus si. ꝓ ca
ne. qꝛ ibi optimi & magni abūdāt canes. Et hinc
molosicꝰ ca. cū. i. mordax vel rapax Hic etiā vide
tur dici hic molosius. quidam lapis viridis & grā
dis. Et ꝓducit lo.

Molucꝝ cri. dr̄ illud cū quo mola vertit̄. Et mo
lucrū. i. tumor vētris. & dr̄ a mola le.

Momen. a moueo ues. dicitur hoc momen minis.
id ē. momentum. tam ꝓ motū ꝙ̄ ꝓ spacō tempis.
& corripit penulti. geniti.

Momentū a moueo ues dr̄ hoc momētū ti. quasi
mouimētū. qꝛ cito & in trāsitu moueat̄ tam breue
spaciū tēꝑis. Vnde & sepe ponit̄ ꝓ mutatōne vel
momēto. Momētū etiā dicit̄ stilꝰ ī quo momenta
colligūtur. qꝛ cito ad modū momēti inclinat̄. Itēꝫ
momētum statere Esaie. xl. dr̄ stilus vel lingula in
trāsuersali ligno posita ꝑ quā dinoscit̄ vtrꝝ lances
in trutina equaliter pōderēt. Et scias ꝙ hora est vi
gesimaquarta pars diei naturalis. Pūctū ē quarta
pars hore. Momētū est decima pars pūcti uel qua
dragesima pars hore. Ex hoc patet ꝙ momentū ci
to mouet̄. A momētū deriuat̄ momētaneꝰ nea ne
um. Et inmomentarius ria rium. id est. transitorius
cito transiens. paꝝ durās.

Monachus. a monas qđ est singularitas dr̄ hic mo
nachꝰ chi. qꝛ singularis sit & solitariꝰ. qꝛ monachi
a secularibꝰ actibꝰ & vita segregati q̄si soli morā
tur. Si ergo solitariꝰ īterp̄tat̄ vocabulū monachi
quid facit in turba qui solꝰ est. Qꝫ aūt dicit̄ mona
chꝰ quasi vniꝰ aie custos ethia est. Et sūt pl'a gn̄a
monachoꝝ scꝫ cenobite. quos in cōmuni viuentes
possumꝰ appellare anachoretas Iidem et heremite
Et a monachꝰ dicit̄ hec monacha che. etiā facit da
tiuꝰ et ablatiuꝰ pluralis monachabꝰ. & hic et hec
monachalis & hoc le. & hic et hec monachilis &
hoc le. & mōasticꝰ ca cū. et cor. mo p̄dca. vid ī ep̄s

Monalis. in monas exponit̄.

Monar. i. stultus.

Monarcha. monos cōponit̄ cū archos qđ est pri
ceps. & dicit̄ hic monarcha che. i. princeps vniꝰ ci
uitatis vel singularis p̄nceps. scꝫ qꝛ singularē pos
sidet p̄ncipatū sicut alexāder apud grecos. & iuli
us apud romanos. Vnde hec monarchia chie. id ē.
singularis principatꝰ. vel potestas. Et acuitur pe
nultima in monarchia

Monarsiculꝰ. moneo cōponit̄ cū ardeo vel ardore
& dr̄ hic monarsiculꝰ li. i. stultus. iracūdꝰ qui cito
monet̄ ad irā. vnde plautus. Quid tu monarsicule
presumis &c̄. & cor. penl'.

Monas. a monos quod est vnū dicit̄ hec monas.
dis. i. singularitas principiū. scꝫ numeri qui dr̄ vnꝰ
vel vnitas. i. singularitas. & monaliter aduer. id ē.
vnialiter singulariter. Et scias ꝙ monas corripit
primā ī anticlaudiano vbi dicitur. Et monas nūi
de se parit vnica turbas. Sꝫ versus ille ꝓd. Mona
de subtracta dicet̄ apocopa facta. Hoc aūt id con
tigit. qꝛ nō bene scit̄ a latis natura vocabuli greci
sꝫ scimꝰ ꝙ deriuata a monade breuiāt mo ut mona
Monasteriū. monas cōponit̄ chatꝰ.
cū sterion qđ est statio. & dicit̄ hoc monasteriū q̄i
singularis & solitaria statio. qꝛ ibi habitātes a secu
laribꝰ segregati actibꝰ & vita quasi soli morātur
vnde monasteriolū li. dimi. & hic et hec monaste
rialis. & hoc monasteriale

Monedula. a moneta dicit̄ hec monedula le quedā
auis que vulgo dicit̄ cacula. galli. choe. et dicit̄ hec
monedula. q̄si monetula. qꝛ cū aurū vel aliquā mo
netā īuenit aufert & occultat. & cor. pnl'.

Moneo nes nui nitū. & cōponitur Admoneo nes
net. Monet qui p̄cipit Admonꝫ qui qđ acciderat
memorie reducit Itē monemꝰ futura Admonemꝰ
presētia. Itē cōponit̄ cōmoneo nes. i. simul monē.
Monemꝰ mīores Cōmonemꝰ pares Rogamꝰ ma
iores. Itē cōponit̄ Premoneo nes Permoneo nes.
Remoneo nes Submoneo nes. i. latēter vel parum
vel post monere. Moneo actm̄ est cū omibus suis
ꝯpositis. & cor. hāc sillabā mo. Qui. de arte. Disce
bonas artes moneo romana iuuētus.

Moneta a moneo dicit̄ hec moneta te. qꝛ monet ne
qua fraus in metallo vel pōdere sit. vnde hic mōe
tariꝰ rij & monetariꝰ ria riū. & hoc monetariū rij.
locus monete qui etiā hoc monetū dicit̄ Itē mōeta
dicta est iuno. qꝛ monuit romanos ꝑ anserē. vnđ
lucanꝰ Numina castrēsis miscebis flama monete.

Monialis a monas dicit̄ hec monialis lis ꝓdu. pl'
id ē. monacha. vnde hic et hec monialis et hoc le. et
cōponitur Sanctimonialis

Monibilis a moneo nes dicit̄ hic et hec monibilis
et hoc le quod cito monet̄. & cor. bi

Monile a munio nis dicit̄ hoc monile lis quodā
ornamētū pectoris mulieris. qꝛ muniat pectꝰ mu
lierū ne leccatores manū possint mittere in sinū eiꝰ
vel dicit̄ monile a moneo qꝛ moneat castitatē Mo
net em̄ vidētes illā esse marito copulatā. & ampli
us nō debere ab alio tāgi. Olim em̄ nō solebāt fer
re monilia nisi maritate. vel dicitur monile a munē
qꝛ ꝓ munere solebat dari. Hoc etiā serpētū dicitur
qꝛ cōstat ex amphorulis quibusdā aureis et uarijs
gēmis in modū tracture serpētis. Plerūqꝫ etiā ꝑ
monile oīa ornamēta mulierū signātur. quecūqꝫ ill'
ꝓ munere dantur. & producit ni monile. vide vsꝰ

Monimē minis. cor. pnl'. tā noīati in torques
ꝙ̄ gti. vnde grecismꝰ. Momētū dicas tēꝑs monimē
monimētū. vide in monimētuꝫ

Monimētū. a moneo nes dicit̄ hoc monimē minis

& hoc monimētū ti· ꝑ quod ad aliquid monemur· et nobis aliquid reducit̃ ad memoriaꝫ· Vnde histo rie dicūt̃ monimēta· qꝛ preterita nos monent & ad memoriā reducūt· & etiā indicia amoris scꝫ q̄ nob̄ relinquunt̃ in signū amoris et memoriā monimenta dicūtur. et dicit̃ hoc monimētū q̄i monēs mētē· et ē

Monitoriū· a moneo nes. dicit̃ et h̄ia· hoc monitoriū torij locus monēdi· sicut scola· vbi discipulos docemꝰ & monemꝰ· Inuenit̃ etiā moni toriū pro monimen·

Monocētaurꝰ· a monos qđ ē vnū & cētaurꝰ dr̄ h̄ monocētaurꝰ ri· mōstrū caput habēs bouis·

Monoceros· monos quod est vnū ꝯponit̃ cū ceros qđ est cornu· & dicitur hic monoceros rōtis· i· vni cornis· qꝛ vnū cornu in media fronte habeat· & est idē aīal quod rinoceros Potest etiā decliāri latine monocerꝰ ri· rinocerꝰ ri· pl'· cor· vide in rinoceros·

Monocolos componit̃ a monos & colon· Vide etiam in colon·

Monocosmꝰ mi· genꝰ vehiculi qđ ab vno iumēto trahit̃· Et hᵒ monocosmū· i· carrꝰ vnū tm̄ portās Et cōponit̃ a monos & cosmꝰ·

Monoculꝰ· oculꝰ cōponit̃ cū monos qđ est vnuꝫ & dicitur monoculus. id est· vnum habēs oculum tantum· & corripit penul·

Monogamꝰ mi· pnl'· cor· dictum· quia tātum vni vxori nupserit· Et cōponit̃ a gamos qđ est nuptie & monos qđ est vnū

Monopolis· a monos qđ est vnū· & polis ciuitas· cōponit̃ hec monopolis· hꝰ monopolis· ciuitas sb̄ se habēs ciuitatē vnā· vel q̄si vnica & singularis ci uitas· scilicet que reliquis in aliqua regiōe melior sit & liberior· & corri· po·

Monopoliū lij· ē statio vbi vna res vēdit̃· & dicit̃ a monos qđ ē vnū· & pole quod est vēdere·

Monoptotꝰ· Ptotos qđ est casus cōponit̃ cū mo nos· & dr̄ monoptotꝰ ta tū· i· vnū casū h̄ns· & cor

Monos grece latine dicit̃ vnum vel penul· singularis· & acuit̃ in fine·

Monosticon a monos quod est vnū· et sticon vsꝰ cōponitur hoc monosticon vel monostichū· opus vniꝰ versus· & acuit̃ in fine·

Monostrophus· in strophos vide

Mons a moueo dicit̃ hic mons tis· altꝰ terre tūor & diuidit̃ in tria scꝫ radicē latus· et iugū qđ est sū mitas mōtis· Idē et collis· Et dicit̃ a moueo qꝛ a ter ra quasi in altū moueat̃· Vel ꝑ cōtrariū dicit̃ mōs a moueo qꝛ minime mouet̃ de loco ad locū· vel dicit̃ a munio· qꝛ munit nos· vel ab emineo qꝛ emineat· Nā scd̄m isidoꝝ Mōtes sūt tumores terraꝝ altissi mi. dicti quia sūt eminētes· Qꝛ aūt dicit̃ mōs quasi moles opposita nascēti soli· et h̄ia ē· Et est mōs spe cie i primitiue et deriuatiue· Primitiue· quātum ad montanus· Deriuatiue quātū ad moueo ues· Et vt dicit frater albertꝰ· ex mōte qui vocat̃ caucasꝰ ori unt̃ fluiā magna multaꝝ aquaꝝ· Hic aūt mōs ma ior ē oībꝰ mōtibꝰ oriētalibꝰ ad aq̄lonē tēdētibꝰ· de hoc dictū est in caucasus· Itē scias ꝙ sūt quidā mō tes qui dicūtur mōtes supmi alti· in quibꝰ nō g ene rat̃ ros vel pluuia· nec ventꝰ sentit̃· De hmōi mon tibꝰ legit̃ in cronicis· ꝙ ph̄i ascēdētes in eos causa ph̄andi· secū tn̄ portauerūt aquā in vasis & spun gias· vt spūgijs in aquā missis & ori applicatis at̃ herēt sibi supiorē et crassiorē aerē ad refrigeriuꝫ pe ctoris· vt ibi aliquātulū subsistere possent· Ad hᵒ facit quod papias dicit· Olimpus inquit mons ma cedonie tāte altitudis est vt in eius cacumine nec vētus sentiat̃· nec nubes se colligāt· qꝛ excedit istū aerē humidum i quo aues celi volitāt· quod ab eis proditū est qui solebāt nescio quoꝝ sacrificioꝝ cā memoratū ascendere mōtē & aliquas notas ī pul uere scribebāt· quas ab alio anno ītegras inuenie bāt· quod fieri nō posset si locus ille vētis aut plu uie pateret· Deinde tāta est tenuitas illiꝰ aeris· vt nō suspirare duraret· Illuc em̄ ire nō poterāt· nisi spungias humectatas naribꝰ applicarēt· vnde cras siorē & ꝯsuetū spūm ducerēt· Hi ergo indicauerūt etiā nullā auē in illo loco se aliquādo vidisse· vide etiā in nubes· Itē nota ꝙ mons quidā dicit̃ oliueti ꝓpter copiā oliuaꝝ· Vnde act· j· c· Tūc reuersi sūt hierosolimā a monte qui dicit̃ oliueti qui est iuxta hierusalē· sabbati habēs iter· & ꝑ vnum miliare di stat a hierusalē· vt dicit magister in histori̇s Vetꝰ editio habet· a mōte triū luminū· Sic aūt dictus ē mons oliueti· qꝛ de nocte ex parte occidētis illuiā bat̃ igne tēpli qui erat iugis in altari· Mane ī pte oriētali primos recipiebat radios solis anteq̄ illu strarēt ciuitatē· Habebat etiā copiā olei qđ ē etiaꝫ fomētū luminis· In glo· aūt sic dicit̃· Mons oliueti ab antiquis mons triū luminū vocabat̃· lucerne· s· de templo resplendētis· ac solis ex altera pte oriē tis· & olei in ipso mōte naturalis lucis· que tria ꝯue niūt ꝑfectōni· ꝓpter diuini verbi lucem de ecclia fulgētem ꝓpter solis iusticie fulgorē et ꝓpter pure ꝯscie nitorē· vide ī pruina

Monstro stras straui strare· i· ostēdere· vnde hic mōstrator toris· & mōstrabilis le· Et hoc monstrū stri· qꝛ mōstrat aliquid futurū· Sed ꝓprie mōstrū quod statim mōstrat q̄d appareat· Vnde mōstruo sus sa sū· Et mōstrosus sa sū· oīa in eodem sensu. Et hec duo cōpant̃· vnde hec monstruositas tatis & hec mōstrositas tatis· Mōstro cōponit̃· Demon stro tras· Premōstro tras· Et est actiuū cū oībus suis cōpositis· ¶ Hic nota ꝙ aug̾· in· xvj· li· de ci· dei loquēs de mōstruosis seu mōstris sic dicit· Per hibet̃ quibusdā plātas versas esse post crura· qui busdā vtriusq; sexus esse naturā· dextrā māmā vi rilem & sinistrā muliebrē· vicissimq; inter se coeū do et gignere et parere· alijs ora nō esse eosq; per nares tm̄modo alitū sumere· vide in hermofroditꝰ Item ferūt esse gentem vbi singula crura ī pedibꝰ habent· nec poplitem flectūt· & sūt mirabilis cele ritatis· Ante annos aliquot nostra certe memoria in oriente natꝰ est duplex homo supioribꝰ mēbris īferioribꝰ simplex· Nā duo sibi erāt capita· et duo pectora· quattuor manꝰ· venter aūt vnꝰ & pedes duo sicut vni hoī· & tādiu vixit vt multos ad euꝫ videndū fama traheret· ¶ Sed potest queri· An predicta hoīm genera mōstruosa traxerit originē ab adā· Ad hoc respōdet aug̾· Oīa genera hominū que dicūtur esse· credere esse non est necesse· verū quisq; vspiā nascit̃ homo· i· aīal ratōnale mortale quālibꝫ nris īusitatā sēsibꝰ gerat formā corpis· seu colorē· seu motū· seu sonū· seu qualibet vi· q̄libꝫ ꝑ te· qualibet qualitate· naturā ex illo vno ꝓthopla sto originē ducere nullus fideliū dubitauerit· appa ret tamen quid in pluribus natura obtinuerit· & quid sit ipsa raritate mirabile·

Monstrū· ī mōstro tras· est. vide etiā in portentū

Montanꝰ· a mons dicit̃ montanꝰ na nū· Vnde q̄ dā· Pro vanis verbis mōtanis vtimur herbis· Itē a mons dr̄ montana noꝝ· tm̄ in plurali nūo· id est· mōtes· et ꝓpe mōtes magni· vn̄ ī luca· Abijt ī mōta na cū festinatōe· Et montani dicti sūt quidā hētici

q₃ tpe psecutōnis in montibus latuerūt. q̄ occasiōe
se a catholice ecclesie corpore diuiserūt. Hic mōta
nus etiā dictꝰ est quidam vir ꝓprio nomie. & pro
ducit penultimā montana

Monticulus. a mons dicitur hic monticulus li. di
mi. paruus mons. Vnde mōticulosus sa sum. Vn
de hec monticulositas tatis.

Montuꝰ. a mōs dr̄ mōtuꝰ tua tuū. & hinc mōtuo
sus sa sū. i. eodē sēsu. i. plenꝰ mōtibꝰ. Et mōtuosꝰ
ꝯpat̄. vn̄ hec mōtuositas tatis.

Monumētū. a moneo nes dr̄ hoc monumētū ti. id
est. sepulcꝝ mortuoꝝ. q₃ ptrāseūtiū mētes moneat
ad hoc debere trāsire. vel q₃ moneat mētes ad de-
fūcti memoriā. vel etiā ad sui cōtēptū. Vnde & dr̄
monumētū quasi monēs mētē scʒ trāseūtiū vt cogi
tēt de morte aut ad memoriā defūcti & cōtēptum
sui. vl' monumētū dr̄ eo q̄ moneat. i. admoneat mē
tem ad veneratōeʒ sācti ibi sepulti. q₃ scd̄m remi-
giū dū nos cōsideramꝰ sāctoꝝ monumēta qui sua
corpa pro christo tradiderunt monemur venerató
nem illis impendere.

Mora. a moror raris. dr̄ hec mora re. Mora aūt est
q̄ īpedit. Tarditas que īpedit̄. Itē mora. i. re. Tar
ditas in hoīe. vnde hec morula le. dimi. & morosꝰ
sa sum. i. tardus. Et cōpatur. vnde morose siꝰ sime
aduer. Et hec morositas tatis. & cor. p̄mā mora cū
suis cōpositis. Et a mora dicit̄ moratꝰ ta tū. et cor
ripit p̄mā. sed qn̄ deriuat̄ a mos ꝓdu. p̄mā. Inueni
tur etiā hec morus ri. p̄ quadā arbore. et hoc moꝝ
ri. pl'aliter hec mora p̄ fructu. & ꝓd̄. tūc mo. vn̄
v̄sus. Sunt mal̄a mora pira persica coctana mora

Moracia. a mora dr̄ hec moracia cie. id est. nux du
ra diu seruata.

Moralis. a mos dr̄ hic & hec moralis & hoc le. qd̄
ptinet ad mores. vel qd̄ habet mores. vel q̄ tractat
de moribꝰ. vnde hoc morale moralis. pro quodam
libro qui tractat de moribꝰ. Et hec moralia mora
liū. p̄ eodē libro. & hec moralitas tatis. & ꝓd̄. ra.
Itē scias q̄ morale verbū siue imitatm̄ dicit̄. verbū
signās morē rei sui primitiui. vt patriso. id est. mo
rem patris gero. De hoc supra dixi in tercia parte
in caplo de spēbus verboꝝ

Moratus. a mos dicit̄ moratꝰ ta tū. i. moribus in
structꝰ & informatꝰ & bonos habens mores. Iteʒ
moratus. i. sequēs mores. Itē moratꝰ. i. scd̄ʒ mores
descriptꝰ. i. secūdū ꝓprietates. & ꝓducit p̄mā. vn̄
horatiꝰ in poetria. Interdū speciosa iocis morata
q₃ recte. Itē moratꝰ ta tū. potest deriuari a mora.
Est etiā pticipiū de moror raris. & tūc cor. primaʒ
vn̄ v̄sꝰ. Mos me moratū. mora me facit eē moratū

Morbꝰ bi. i. infirmitas. & dicit̄ a morte q₃ īferat
mortē. vn̄ morbidꝰ da dū. i. infirmꝰ vel insanꝰ. &
morbosus sa sū. i. plenꝰ morbo. & assuetꝰ. vl' quia
sua corruptōe morbū inferat. vnde porci et capre
& hmōi aīalia dicunt̄ morbosa. q₃ corrūpēdo aerē
morbū inferūt. Et vtrūq₃ cōpat̄. vnde hec morbo-
sitas tatis. Et est mas. ge. morbꝰ ꝓpter lesionem.
imitat̄ ei naturā maris. ē em̄ q̄i mas in agendo.

Mordax. a mordeo des. deriuat̄ mordax cis ge. oīs
Et cōpat̄ mordax cior simꝰ. Vnde mordaciter cius
sime. aduer. Et hec mordacitas tatis. Et componi
tur. Premordax. id est. valde mordax. Et ꝓducit
penultimā geniti. Et a mordax dicit̄ mordaculus
la lum. dimi. aliquātulū mordax

Mordeo des momordi. morsū Et cōponit̄ Cōmor
deo cōmordi. Demordeo demordi. Emordeo emor
di Immordeo Premordeo Remordeo Permordeo
Et est mordeo actm̄ cū oībꝰ suis cōpositis Et eiꝰ
cōposita oīa amittūt geminatōem simplicis in p̄te
rito & faciūt p̄teritū in di. & sup̄. in sū.

Morditus aduerbiū. i. mordenter vel morsiliter vl'
mordaciter. Et corripit di. & dicitur a mordeo
mordes. vel a morsus.

Mori infinitiuꝰ de morior reris. & cor. p̄mā. vnde
cōmori pnl'. cor. sed mori datiuꝰ de mos moris p̄
ducit̄. vn̄ v̄sꝰ. Est ī amore mori veneris se subdē

Moribūdus. a morior dicit̄ moribū mori
dus da dū. i. similis mortuo vel mori īcipiēs. Huiꝰ
mōi em̄ noīa in būdus desinētia signāt similitudinē
vel aptitudinē. Vnde versus. Osus plena notat
būdus simulat. bilis aptat

Moriger ra rū. ī morigeror ē. & cor. pl'.

Morigeror. a mos et gero ris. cōponit̄ morigeror
raris ratꝰ sum. i. mores bonos gerere. & morigera
ri. i. morem gerere obedire subijcere. facere volun
tatē alicuiꝰ. Ille em̄ gerit morem alicuius qui facit
volūtatē eiꝰ. Est ergo gerere morē alicuiꝰ eꝰ volū
tatē facē. & in̄ moriger ra rū. i. obediens

Morio nis. dicit̄ a morte. vnde dicit pap̄. Morio
amens Morio a morte vocatꝰ est. eo q̄ nō vigeat
intellectu Moriones vulgo dicūtur fatui nō mul
tū a pecoribꝰ distātes. & ꝓd̄. mo. vn̄ quidā. Nōē
vngendꝰ furiosus morio paruus

Morior reris vel moriris morit̄ scd̄m terciā et q̄r
tā cōiugatōem inuenit̄ fere vbiq₃. & caret supino.
Deberet tn̄ facere mortuum mortuu. quod exigit
mortuꝰ. vel moritū moritu. quod exigit moriturꝰ
ra rū. neutrū tn̄ est in vsu. & dicit̄ morior a mors.
ita vult hug̃. Pris aūt in. x. libro vbi agit de verb
desinentibꝰ in rior sic dicit. Deponētia in rior desi
nentia vt orior morior tā s̄m terciā q̄ s̄m quartaʒ
cōiugatōem declinauerūt autores. orior reris. &
oriris. morior moriris vl' moreris. coꝝ sup̄. & ortū
& moritū. q̄uis oriturꝰ & nō orturꝰ īueniat̄ ptici
piū futuri. sed p̄teriti ortus. nō oritus dicit̄. A
morior quoq₃ notādū q̄ cū moriturꝰ secundū ana
logiā facit pticipiū futuri. mortuus facit p̄terituʒ
geminata u. quod in nullo alio pticipio īuenies p̄
mortus vel moritꝰ. quod ꝓportio magis exigebat
& hoc verū est secūdū antiquos. quod pris. dicit.
Vnde dicit q̄ s̄m modernos. morior olim fuit q̄r
te sed nūc est tercie cōiugatōis. facit tn̄ irregulari
ter mortuus. sed sup̄. moritū tu. & inde moriturus
Morior ꝯponit̄ Cōmorior Emorior Immorior. id
est. inuigilare insistere instare insudare. Premorior
Permorior Remorior. & est morior depo. cū suis
cōpositis. & cor. mo. sʒ mos moris ꝓdu. mo. vnde
versus. Est ī amore mori veneris se subdē mori

Moror raris ratus sū. cōponit̄ cū cō. de. in. re. &
dicit̄. Cōmoror raris. Demoror raris. & immoror
raris. i. valde morari. vel intus morari. Remoror
raris. i. iteꝝ morari. Moror et eiꝰ cōposita cōmuīa
sūt. & sūt oīa fere eiusdem significatōis. i. īpedire
tardare. detinere. vel īpediri. tardari detineri. Po
nūtur tn̄ qn̄q₃ absolute p̄ cōsistere. vel morā facē
& cor. mo moror. vn̄ ouī. de arte. Errat & in nul
la parte morat̄ amor

Morosus. a mos deriuat̄ morosus sa sū. i. lasciuus
fastidiosus supbus vel nobilis. Tn̄ morosus potiꝰ
ponit̄ in mala significatōne q̄ in bona. quasi malos
habens mores. & ꝓducit primā. Item morosus po
test deriuari a mora. et tunc corripit primā. vn̄ v̄sꝰ
Mos me morosū. mora me facit esse morosū.

Morphea. a morphe quod est mutatio dicit̄ hec

morphea phee·quedam infirmitas · scʒ qn̄ aliquis mutatur in alium colorem ·

Morphosis·a morphe quod est mutatō · & vsios qd̓ est substātia·cōponit̄ hec morphosis sis· id est· mutatio ꝓprie substātie· & simpl'r poit̄ ꝑ mutatōe

Mors· a mordeo des·dicit̄ hec mors tis· dissolutio aīe & corꝑis. & ponit̄ ꝑ qualibet destructōne & corruptōe· Et dicit̄ mors a mordeo ·quia mors mordet· Vel dicit̄ a morsu ꝑmi hoīs qui vetite arboris pomū mordēs mortē īcurrit·vel dicit̄ mors quasi amaror qꝛ sit amara· Et sūt tria gn̄a mortis scʒ acerba·immatura· & merita· Acerba infātum· Immatura iuuenū· Merita·i·naturalis senū· Item aliter scd̓um ternariū distinguit̄ mors· Alia est naturalis·alia fatalis·alia casualis· Naturalis est que de natura cōtigit·cui vltra cētū vigīti annos nō ē concessū·qꝛ naturaliter cētūuiginti annis pōt hō viuere· Fatalis est que cōtingit fato·i·cōstellatōe· Tali em̄ cōstellatōe potest quis nasci vel disponi ꝙ viuit plus vel minꝰ fato nonagīta annis·si tres cursus saturni exitium creāt·nisi forte benignitas aliaꝝ stellaꝝ eꝰ suparēt cursū· Casual'·i·accidētal' ē que cōtingit vel cōtingere potest aliquo accidēti scʒ ꝑ occisionē vel submersionē vel ruinā et huiōi ita dicit hug· ¶ Hic nota ꝙ corꝑa celestia effectū habēt in corꝑa īferiora· Vnde dicit dionisiꝰ ī quarto c·de diuis noibꝰ de radio solis tractans·ꝙ sol ad gn̄atōem visibiliū corpoꝝ cōfert· & ad vitā ipsa mouet & auget & nutrit & ꝑficit· Hoc etiā ipse sensus ostēdit p̄cipue ad effectum solis et lune Virtutē aūt coactiuā sup liberꝝ arbitriū sufficiēt nō habēt corꝑa celestia· De hoc supra dixi in astrū Itez vide in sol · ¶ Scire etiā te volo ꝙ sicut dicit glo·sup illud Esa·xxxviij· Dispone domui tue.id ē ordina quis in regno tibi succedat·qꝛ morieris tu Et sic deus scd̓m Greg̓·sentētiā mutat·sed nō cōsiliū· Sentētiā debemꝰ intelligere sēsū verboꝝ· Cōsiliū vero ab eterna dispositōe est· Sētētiā vero seruis deus reuelat· nō tn̄ cōsiliū· Itē deus duobꝰ mōis aliquas res ꝯsiderat·scʒ scd̓m merita & secūdū rei naturā·que dicūtur inferiores cause esse· & scd̓m suū cōsiliū· Vnde ezechiā moriturū deus ꝓuiderat ꝫm meritū l' ꝫm phisicā·i·ꝫm naturā· lʒ n̄ futurū & nō moriturū scd̓m cōsiliū suū· vtrūqꝫ ei erat scriptū in libro vite·sed alterꝝ suo ꝓphete ꝑmisit legendū· alterꝝ vero nō ꝑmissū est· verū dixit ꝓpheta nec est deceptus·qꝛ sic legit·nec est mētitus · qꝛ sic credidit· Et scd̓m illas inferiores causas locutus ē ꝙuis simpliciter & sine additamēto ·velut si q̓s videret cecū· & diceret·iste āpliꝰ nō videbit· etiāʒ si diuino cōsilio lumē recipet· ille vero nō mentiret̄· quia rem phisicā esset secutꝰ· Eodē modo etiam ionas subuersionē niniuitaꝝ vidit in mente diuia q̄ tn̄ futura nō erat·qꝛ illud qd̓ vidit scd̓m merita eorū vidit· Qꝛ vero cōuersi sūt cōsiliū dei fuit qd̓ ipse nō vidit· ¶ Itē nota ꝙ dies mortis nō necessitate singulis p̄scita sit·sed volūtate dei et ignotis mortalibꝰ causis vel viuat aliquis vel moriat̄· p̄sertim cū tūc in ezechia statuta scd̓m naturā mortis necessitas differat̄· Et post mortē etiā plurimos resuscitatos legimꝰ· Dicūt etiā quidā ꝙ vel male viuendo nō mereat̄ quis ad vite sue terminū naturalem ꝑuenire·vel bene agēdo ante tēpꝰ mereat̄ rapi ad p̄mia vite·vnde ꝓpheta· Viri sanguinū nō dimidiabūt dies suos· Et in·iiij·c·sap̄·dicit̄· Iustus raptus est ne malicia mutaret cor vel ītellectū eiꝰ · aut ne fictio decipet aīaʒ illiꝰ· De hoc etiā dicā ī ꝓphecia

Morsilis·a morsus dicit̄ hic & hec morsilis & hoc le·qd̓ aptū est ad mordendū· Inde morsiliter aduerbium· & corripit si·

Morsito tas taui tare·i·freq̄nt̄ mordē· & cor·si· Inuenit̄ etiā morsico cas·vide in morso sas·

Morso sas frequē· de mordeo des· A quo morsito tas·aliud frequē· Inuenit̄ etiā in eodē sensu morsico cas·& a morso sas · d̓r hic et hec morsatilis · & hoc le·i·ad mordēdū habilis

Morsus a mordeo des·dicit̄ hic morsus sus · sui· actus vel passio mordēdi·vel vulnꝰ quod fit mordēdo·vel bolus·vnde hic morsellꝰ li·diminutiuū· Itē morsus sa sū·inuenit̄ in actiua significatōne·q̄ mordet & comedit·quasi nō ieiunꝰ · vnde ꝯponit̄ immorsus sa sū·i·ieiunꝰ quia nihil momordit · vn̄ horatiꝰ ī sermo· Flagitat immorsus refici· Inueit̄ et̄ morsꝰ sa sū·i passiua sig̓ficatōe a mordeor deris

Mortalis·a mors deriuat̄ hic et hec mortalis & hoc le·i·morti subiacēs·quecūqꝫ sūt a luna inferius sūt mortalia·i·morti & corruptōi subiacētia · Et hinc mortaliter aduer· & hec mortalitas tatis · & hinc hic et hec mortalis substātiue ·i·homo in cōi genere· Et ꝙuis multa alia sit mortalia ·dicit̄ tn̄ homo mortalis ꝑ excellētiā miserie & angustie· Pluribus em̄ mortibꝰ passionibꝰ angustijs miserijs tribulationibꝰ doloribꝰ & infirmitatibꝰ subiacet miser hō ꝙ aliqua alia res· vnde cū īuenit̄ mortalis positum substātiue in mas·vel in fe·gn̄e·vel in cōi genere · tūc nō designat nisi hoiem· Et cōponit̄ hic & hec īmortalis & hoc le· vnde a dtō īmortali addita tas formāt̄ hec īmortalitas· & immortalis etiā ponit̄ ꝓ deo ꝑ excellētiā immortalitatis et incorruptōis· & ideo formatur mortalis a genitiuo mortis is mutata in a lōgam & addita lis·sicut dixi in tercia ꝑte in tractatu de spēbꝰ noim in ·c·de denominatiuis desinentibus in alis·

Mortariū·a mors dicit̄ mortariū tarij· quia ibi iā semina ī puluerē redacta et mortua cōdiāt̄ ·vl' cōponit̄ a mors et tero ris· qꝛ ibi quidq̄d terit̄ moritur· vn̄ hoc mortariolū li dimi

Morticinꝰ· mors cōponit̄ cū cedo dis· cecidi . & dicit̄ morticinꝰ na nū·pnl'·ꝓd̓·i·morte cesus & interfectꝰ· & ꝓducit tūc pnl'· Itē mors cōponit̄ cuʒ cado et dicit̄ morticinꝰ na nū·i·morte cadens ·sic quādo est mortalitas aīaliū· & tūc cor·penl'· vnde versus· De cado morticinū de cedo morticacinuʒ· Itē· Morticina ferro cadūt morticina morte· Morticina de cedo comedunt̄· Morticina de cado ꝯmedi nō debēt· Morticinū nō est nomen nisi mortuorū·sed mortalia nomē est viuētiū corpoꝝ· & inde hoc morticiniū nij talis mortalitas vel morticinuʒ Et scias ꝙ morticina esaie·iiij · vbi dicit̄ morticina eoꝝ· producit pnl'·quia glosa dicit · Morticina eorū ꝓstrata a romanis· Itē morticina hiere·vij· ꝓd̓ pnl'· & erit morticinū ꝑpl'i huiꝰ ī cibū

Mortifico cas caui cōponit̄ a mors vel potius a mortuꝰ et facio & cor pl'·

Mortuꝰ est ꝑticipiū de morior reris · & cōponit̄ Semimortuꝰ tua tuū·i·ex ꝑte mortuꝰ· & īmortuꝰ tua tuū·i·nō mortuꝰ·vel valde mortuꝰ· vid̓ ī morior· De cognitōe mortuoꝝ dixi ī defūctus ·

Morus ri·quedā arbor· & deriuat̄ a greco·s·mauron quod latine dicit̄ nigꝝ·quia eius fructus sit niger·vnde hoc morū ri fructus eius Hanc arborez latini rubum appellant vel celsam·quia fructꝰ eius vel virgultum rubeat ·

Mos ·a mora dicitur hic mos moris . & est mos

cōsuetudo. vt talis mos est in partibus nostris. id
est. talis cōsuetudo. & iste sequit̄ morez patrie sue
id est. ɔsuetudinē. sed differūt. qr mos est quod fe
cit morā. Vnde et diffinit̄ sic mos. Mos est longa
cōsuetudo ḋ morib9 tracta tm̄modo. vel sic. mos
est quedam lex viuendi nullo vinculo astricta siue
lex nō scripta. sed tm̄ vsu eui retēta. vl' mos est ve
tusta & ꝓbata cōsuetudo. siue lex nō scripta. sed
cōsuetudo est qḋdam ius morib9 institutū qḋ pro
lege suscipit̄ cū lex deficit. Item mos id est. virtus
hominis. sed ꝓprie in plurali habet hāc significatō
nem. vt iste habet bonos mores. & ꝓprie dicit̄ de
bono sicuti viciū de malo. Mali ergo mores n̄ sūt
mores sed vicia. Et est ibi oppositū in adiecto. sic
cū dicit̄ homo mortu9 Inde morosus sa sū. & ꝓḋ.
p̄mā mos moris cū suis deriuatiuis. vnde mori da
tiu9 ꝓḋ. p̄mā. s3 mori infitiu9 de morior reris cor-
mo. vt dixi in mori De more. i. ḋ cōsuetudine dixi

Moscill9 li. di. ī moscul9 vide. ī ɔsuetudo

Mosculus li. est diminutiuū de mos moris. i. pu9
mos Et inde moscill9 li. aliud diminutiuū.

Moto a moueo ues ui. motuz tu. u. in o. fit moto
tas verbū fre. id est. frequēter mouere. & ꝓḋ mo

Motus a moueo ues ui motū dicit̄ hic motus tus
Et adiectiue etiā declinat̄ motus ta tum. Et sicut
dicit̄ in p̄dicamētis aristotelis. sex sūt genera mo-
tus sc3 generatō. corruptō. augmētatio. diminutio
alteratio. scḋm locū mutatio. Sex ergo modis mo
uetur res. sc3 vel generādo. vel corrūpēdo. vel au
gmentādo. vel diminuēdo. vel alterādo. vel scḋm
locū mutādo ¶ Et scias ꝙ generatio est exitus a
nō esse in esse. Corruptio est progressus ab eē ad
non esse Augmētū est p̄existentis quātitatis addi
tamētū. Diminutio est p̄existētis quātitatis mino
ramētū. Alteratio est mutatio a ɔtraria qualitate
ad cōtrariā vel in mediā. vt cū quis ꝑmutat̄ ab al
bedine in nigredinē. vel in medios colores. Motus
autē scḋm locū est mutatio ab vno loco in alteruz
Mot9 scḋz locū sex sūt spēs siue differētie. sc3 sur
sum. deorsū. ante. retro. dextrū. sinistrū. Ad omēs
em̄ has ꝑtes fit motus.

Moueo ues ui motū mouere. Cōponit̄ cuz ad. &
dicit̄ admoueo ues. i. aduicinare adiūgere. vnde ad
motim aduer. i. aduicinatim adiunctiz. Itē cōponi
tur cū a. & dicit̄ amoueo. ues. i. remouere. auertere
absentare separe. Itē cū cō. & dicit̄ Cōmoueo ues
. i. simul mouere. vel cōturbare. iratū facere. Item
cū di. & dicit̄ dimoueo ues. i. in diuersas ꝑtes. vel
diuersis modis mouere auertere separe. Item com
ponit̄ emoueo ues. i. valde vel extra moue. Immo
ueo ues. i. valde vel intro vel intus mouere. vn̄ im
mot9 ta tū ꝑticipiū. Et potest esse cōpositū ab ī et
mot9. quasi nō mot9. Itē ꝑmoueo Premoueo Pro
moueo. Itē remoueo ues. vnde remotus ta. tū. no
mē & cōpatur. vn̄ remote & remotim aduerbia. i.
sepatim. Itē semoueo ues. i. seorsū mouere vel sepa
re. vn̄ semotim id est sepatim. Et semot9 ta. tum.
sūmoueo ues. id est. remouere auferre. Moueo &
ei9 cōposita oīa sūt actiua. & faciūt p̄teritū ī mo
ui. & supinū in motū. Et oīa corripiūt in presenti
hāc sillabā mo. sed in p̄terito & ī supio eā ꝓducūt
vn̄ ꝑsper. S3 ꝙ leserūt dulcia amara mouent.

Morina. a mod9 dicit̄ hec morina morine. gen9 re
positorij. quasi mo dina. 3 ꝓ d. sicut antiquissimi so
lebant dicere horie ꝓ hodie

Mucid9. a muc9 dicit̄ mucid9 da dū Et di
cit̄ panis mucid9 qui habet musā vel mu
cuz. vn̄ iuuenalis. Vix fractū solide iā mucida fru
sta farine. vn̄ mucido das. i. mucidū facē. & ē actm̄

Muco cas ī muc9 est

Mucor. a mucus dicit̄ hic mucor coris. & ē mucus
musa panis. sed mucor ꝓprie musa vini. Et hic mu
corosus sa sum. vide in muc9 ci.

Mucro. macros grece latine dicit̄ longū. vnde hic
mucro cronis. i. cui9libet rei acumē Et dicit̄ sic a lō
gitudine. vn̄ sepe īuenit̄ ꝓ gladio. Et sunt ista no
mīa synonima sc3 ensis gladi9 mucro spata rōphea

Muculēt9. a muc9 et lētos qḋ est plenū. cōponit̄
muculētus ta. tū. i. sordid9 muco plen9. Et cōpat̄
muculētus tior sim9. vn̄ muculēter ti9 sime. aduer.
Et hec muculētia tie. i. abūdātia & pleītudo muci

Muc9 a marceo ces ḋr hic mucus ci. Et est muc9
putredo in pane ex vetustate ꝓueniēs. & dicit̄ mu
cus quasi marc9. vn̄ hic mucor coris idē. sed ꝓprie
mucus in pane. mucor in vino & aqua. sc3 musa vi
ni. Itē muc9 potest deriuari a mungo gis. & tunc
muc9 ē putredo q̄ de naso extrahit̄ & ꝓijcit̄

Musa fe. idē est qḋ mucus vel muca

Mugil. a multuz & agilis cōponit̄ hic mugil lis. q̄
dam piscis qr sit multum agilis in fugiēdo retia pi
scatoꝝ. Nā vbi dispositas sēserit insidias cōfestim
retrorsū rediens ita transilit rethe vt volare piscē
videas Et corripit pnl'. gtī mugilis

Mugillo las. i. clamare. onagroꝝ ē Et ḋr a mugio

Mugio gis giui gire gitū. i. boare stridere. & ē bo
um. Et cōponit̄ Admugio gis. i. ad vocātē vel ad
mugientem mugire Cōmugio gis. i. simul vel cum
alio mugio. Immugio gis. i. valde vel intus vel in
tra mugire. Obmugio gis. i. ɔt̄ mugire. Remugio
gis id ē iteꝝ vel retro vel cōtra mugiētem mugire
Et ē mugio neu. cū oīb9 suis ɔpositis. & ꝓḋ. mu

Mugit9 a mugio gis dicit̄ hic mugit9 tus penul.
producta. i. vox boū. stridor dolor.

Mulcebris. in mulcibilis vide

Mulceo ces mulsi mulsū mulcere id est lenire mi
tigare. delectare. Et cōponit̄ Demlceo ces Perml
ceo ces. Remulceo ces. Et ē actm̄ mulceo cū oīb9
suis cōpositis

Mulciber q̄si mulcēs imbrē vide in mulcifer Et cor. pnl'.

Mulcibilis a mulceo ces dicit̄ hic & hec mulcibil'
& hoc le Et hinc mulcibiliter aduerbiū. Et hec ml'
cibilitas tatis Item a mulceo dicit̄ hic et hec mulce
bris & hoc bre id est. suauis delectabilis mulcibil'
Et hec mulcedo dinis. id est suauitas

Mulcifer Mulceo componit̄ cū ferꝝ. & cū imber
& dicitur hic mulcifer feri Et hic mulciber beri. vl'
bri. & vtrūq3 hoꝝ noīm vocat̄ vulcan9. est em̄ fa
ber iouis. & ideo dict9 est mulcifer. i. mulcēs ferꝝ
Idem & mulciber. quia mulcet imbrē. i. aquā tꝑan
do ferꝝ. vel quia mulcet ferrū imbre. i. aq̄. & corr̄.
pnl'. mulcifer tā ntī ꝙ gtī. sicut & mulciber beri.

Mulcto. a mulceo ces dicit̄ mulcto ctas. & ē mul
ctare. mulcere. lenire. mitigare. blādis verbis sedu
cere. curuare vexare. vel verberare. litigare. vl' pu
gnis siue calcib9 tūdere. & est trāslatum a mulso.
quod acceptum lenire fauces solet dolētis vel com
pletum sordibus stomachū.

Mulctrale a mulgeo ges. mulsi. mulsuz. & ml'ctū
inuenit̄ mulctrale lis. & hoc mulctruz ctri. & hec
mulctra ctre. vas in quo int9 mulget̄. id est lacta
tur Mulctrū etiam vel mulctra dicit̄ hora mulgē
di. & hoc mulgariū. & hoc mulcrū idem. sc3 vas ī
quo ml'get̄. vl' mulcꝝ ḋr nouū lac vide etiā ī ml'sa

Mulctrum mulctri. in mulctrale est

Mulgarium · in mulctrale est·

Mulgeo ges· mulsi· geo in si· & si in sum· fit mulsi ꝑteritū & mulsū sup· Et est mulgere lac de vbere extrahere Mulgeo cōponit̄ Demulgeo Emulgeo Cōmulgeo Immulgeo Permulgeo Remulgeo Et est mulgeo actm̄ cū oibꝰ suis cōpositis · & facit ꝑteritū in si & supinū in sū · licet quādoqꝫ inueniat̄ mulxi · & mulctū apud antiquos Habēt em̄ mlgeo et mulceo idē ꝑteritū & supinuꝫ in eadē voce mulsi & mulsū scđm hug. Pris· etiā in · viij · libro dicit · Mulgeo quoqꝫ mulsi facit ꝗuis differētie causa q̄dā mulxi ꝓtulerūt· His visis dico ꝙ mulceo et mulgeo habēt idē ꝑteritū & sup· scđm modernos · scꝫ mulsi & mulsū · vide etiā in mulsi

Muliebria muliebriū pluraliter dicūtur menstrua quia mulier solū animal mēstruale est · Et vt dicit magister in historijs sup illud Gen̄ · Desierant fare fieri muliebria· i · mēstrua · quibꝰ deficiētibꝰ vis deficit pariendi · vide in menstruū·

Muliebris· a mulier abiecta extrema litera r · & addita bris fit muliebris· & declinat̄ hic & hec muliebris & hoc bre· & ꝓducit pnl' sicut salubris· & inde muliebriter aduer· & hec muliebritas tatis·

Mulier lieris dicit̄ a mollis quasi mollier · qꝛ mollis est & debilis respectu viri· Ideo virtus viri est maior & mulieris mīor· vt patiēs viro esset· scꝫ ne femīs repugnantibꝰ· libido cogeret viros alias appetere · vel in aliū sexum ꝓruere Dicit̄ igit̄ mulier scđm femineū sexū· nō scđm corruptōem integritatis· & hoc est ex sacra scriptura Nā eua stati facta de latere viri nōdū cōtacta a viro mulier dicta ē ibi· & formauit eā in mulierē Qꝛ aūt dicit̄ mulier q̄si mulcens virum · vel quasi molliens virum : ethimologia est· & producit penultimam in obliquis Vnde statius· Siqua deū foboles· siq̄ mulieris origo· Hoc etiā cōprobat cōmunis vsus qui emulandus est Sed videt̄ ꝙ corripiat penultimā· qꝛ vt dicit pris· in maio· Omnia latina desinētia in er· si crescūt in gtō corripiūt penul· in obliquis · vt pauper pauperis· Sed dic ꝙ pristianus excipit illud nomē mulier in libro de accētu a regula illa generali· Et hoc ꝯmuniter tenet̄ ¶ Hic potest queri quare mulier facta est de costa viri Ad hoc est dicēdū ꝙ sic dicit̄ in libro sētētiarū scđo· Ideo de latere viri fcā fuit mulier vt ostenderet̄ qꝛ in consortiū creabat̄ dilectōnis· ne forte si fuisset de capite facta· viro ad dominatōem videret̄ ꝑferenda Aut si de pedibus· ad seruiēdū subijciēda Quia ergo viro nec domina nec ancilla parabat̄ sed socia nec d̄ capite nec de pedibꝰ fuerat ꝓducēda vt iuxta se ponendam agnosceret· quā de suo latere sūptā didicisset· Qꝛ aūt post peccatū mulier sub viri dominio est· hoc accidit ex culpa nō ex natura Non sine causa· viro quoqꝫ dormienti potiꝰ q̄ȝ vigilāti detracta est costa de qua mulier in adiutoriū generatōis viro formata est Sed vt in eo nullā sēsisse penā ꝓbaretur & diuine simul potentie opus mirabile mōstraret̄ quia hominis dormientis latus aperuit nec tamen a quiete soporis excitauit In quo etiā opere & sacrametum chʀisti & ecclesie figuratū est quia sic mulier de latere viri dormientis formata est ita ecclesia ex sacramētis que de latere chʀisti in cruce dormiētis ꝓfluxerēt· scꝫ sāguis & aqua quibꝰ redimimur a penis atqꝫ abluimur a culpis

Mulierariꝰ a mulier d̄r hic mulierariꝰ rij · i · freq̄ns mulierū appetitor · vel voluptati mulieris deditus

Muliercula a mulier d̄r hec muliercula le · diminutiū parua mulier

Mulio a mulus dicit̄ hic mulio onis muloꝝ custos vel sessor vel ductor· & hic mulius lij pro eodem· & a mulio d̄r mulionicꝰ ca cū

Mulleus lei masculini generis est genꝰ calciamentoꝝ· & dicti sunt mullei a mullo pisce· siue a colore rubro qualis est color mulli piscis Itē adiectiue dicit̄ mulleꝰ lea leū qđ ꝑtinet ad mullū piscē

Mulsa a mulceo ces dicit̄ hec mulsa se· potio q̄daꝫ ex vino vel ex aqua & melle facta· eadē dicit̄ et hoc mulsuꝫ· similiter a mulceo · vel a melle quasi melsū Inuenit̄ etiā hoc mulsū ꝓ nouo vino Hesore · viij · Comedite pinguia & bibite mulsū id est vinū nouum· vel scđm glosam Mulsum id est vinum melle dulcoratū Iteꝫ mulsū idem est qđ medo Ponit̄ etiam mulsū in alia significatōne in grecismo id ē pro lacte a mulgeo ges mulsi mulsū · vnde ibi dicit̄ In quo mulget̄ lac tēpus mulctra vocat̄ · vas est mulctrale· mulsū quod defluit inde· vel dic sicut dixi ī mulctrale scđm huguitōem

Mulsi est ꝑteritū de mulceo ces & de mulgeo ges sicut dixi in mulgeo· vnde & tales versus ponunt̄ in grecismo Mulgeo dat mulsi· sic dat mulceo mulsi Dat mulcere suum sicut mulgere supinū· Quod probo nā mulsū sibi sūpsit vtrūqꝫ supinum

Mulsū est supinū d̄ mulgeo & de mulceo vt dixi in mulgeo Quid aūt sit mulsū dictū est ī mulsa

Multa te ī multo tas vide

Multatio onis ī multo tas exponit̄·

Multatus ta tū ī multo tas vide

Multiciū cij & sunt multicia vestes subtiles & lucidissime fcē d̄ nobili serico vel mollissima lana vl' lino· & dicūtur sic a multitudine coloꝝ vel a multitudine cōtextionis filoꝝ· Quo em̄ vestis est subtilior eo plura fila in eo cōtexunt̄ · vel dicūtur sic qꝛ sua lenitate corpꝰ hominis demulceāt suauiter· Iuuenalis Quid faciunt alij · cū tu multicia sumas

Multicolor loris· i · multoꝝ coloꝝ· & cōponit̄ a mlt' tus ta tū · & color loris· & est cōmunis generis· & corripit co· Nā generaliter cōposita a colore· vt bicolor· & a decore vt dedecor· & a corpore vt bicorpor sūt cōmunis generis· Inueniūtur tn̄ aliquādo in neutro genere ī plurali numero· vt bicoloria discoloria multicoloria· ezech· xvj · & sumpsisti vestimēta tua multicoloria·

Multifariā · in multifariꝰ vide·

nitudinē diuinitatis cape nequibat· sed virtus altis
simi obūbrabat· dū incorporea lux diuinitatis cor
pus in ea suscepit humanitatis vt sic posset deum
pati · Et extrahit̃ hec glosa ex verbis gregorij qui
in · xviij · li · moraliū sup illud iob · xxvij · Tollet euꝫ
vētus vrēs· sic dicit· Per vmbrationis vocabulū in
carnandi dei vtraqꝫ potuit natura signari · vmbra
eñ a lumine format̃ et corpore · Dñs aūt p diuini
tatē lumē est· qui mediāte aīa in eiꝰ vtero fieri di
gnatus est p humanitatē corpꝰ· quia ergo lumē in
corporeū in eiꝰ erat vtero corporādū· ei que incor
poreum concepit ad corpus dicit̃ · virtus altissimi
obumbrabit tibi ·i· corpꝰ in te humanitatis accipi
et incorporeū lumē diuinitatis· Itē gregorius tra
ctās illud iob · xl · Sub vmbra dormit· sic ait· qꝛ vm
bra nō aliter exprimit̃ nisi p lumē & corpus · virtꝰ
ei altissimi obumbrauit · quia in eius vtero lux ĩcor
porea corpꝰ sūpsit · ex qua videlicet obūbratōe oē
in se refrigeriū mētis accepit

Occalleo· ex ob & calleo les cōponit̃ occal
leo les lui· mutata b in c· & est occallere
obdurare· indurare· callū facere · vt uul
nus occallescit cum incipit sanari· Vnde occalesco
lescis · verbum frequētatiū ·
Occano ex ob & cano nis dicitur occano nis nui·
Et est idē qd̄ occino nis· & cor · ca·
Occasio ab occido dis occasum dicit̃ hec occasio
sionis· i· facultas copia potestas cōditio tempꝰ lo-
cus casus fortuna· & etiā ꝓ causa ponit̃ ·
Occasus casus sui· i· occidēs· ab occidēte ibi sole
Propheta A solis ortu vsqꝫ ad occasum · Item oc
casus dicit̃ obitꝰ euersio occisio vel dies suprema ·
& deriuat̃ ab occido dis·
Occeanides de· nom patronomicū · ĩ occeanꝰ est
Occeanꝰ · ab occis· i· velox deriuat̃ occeanꝰ ani ·
quia velox est · vl' occeanꝰ dicit̃ a celo· vt deriuatio
sumat̃ a media sillaba· quia occeanū · id ē· mare ma
gnaꝫ similitudinē habet cū celo in colore· vnde oc
ceanꝰ na nū Et hic occeanides de · i · filiꝰ vel nepos
occeani· vnde hec occeanis nidis filia vel neptis oc
ceani· scōm hug· vel scdum pap· Occeanū greci &
latini ideo noīant· quia in circuli modo ambiat or-
bem· siue a celeritate ꝙ ocius currat· & corri· pnl'·
Vnde theodolus· Sol petit occeanum frigus suc
cedit opacum · ¶ Et scias ꝙ omnia maria continu
ant̃ ad occeanū· vt dixi in mare
Occeco cas· in ceco cas vide
Occento tas· id est· frequēter occinere· ab occino
nis· occentū tu· formatur·
Occidēs· ab occido dis· dr hic occidēs dētis · vbi
sol occidit· vnde hic et hec occidentalis & hoc le·
res occidētis vel ptinēs ad occidētē scōm hug· Pa
pias vero sic dicit· Occidēs dictꝰ quia diē facit oc
cidē· abscōdit ei lumē mūdo & tenebras supiducit
Occidētalis in occidēs vide
Occido· ex ob & cado dis cōponit̃ occido dis di·
occasū occidere· i· cōtra vel simul cadere mori · &
corripit ci in p̄senti et in p̄terito· & sic sumit̃ eccl'·
j· orit̃ sol & occidit· Et ab apl'o· Sol nō occidat su
per iracūdiam vestrā· Et inde occiduꝰ dua duū· i·
cadēs· Itē occido dis di occisū· & tūc ꝓdu · ci vbi
qꝫ · & componit̃ ex ob et cedo dis cecidi · & sic sūit̃
sapie primo· Os quod mētitur occidit animā· vnd̄
ĩ grecis· dr Occido perimo sꝫ dnotat occido labor ·
Occiduo · in occido dis est
Occino nis nui · occētū· ex ob & cano nis· Et ē oc
cinere canere· vel cōtra vel vndiqꝫ canere · vel cōci
nere vel cōcantare · vel infamie carmen cum certo
nomine dicere · Dicitur etiam occano occanis · nui·
pro eodem · Et corripit ci
Occipitiū in occiput est
Occiput pitis posterior ps capitis dr · vnd̄ ĩ gre
cismo dicit̃ · Sinciput anterior ps capitis dicit̃ esse
Occiput ac ptē designat posteriorē· Et ab occiput
dr hoc occipitiū tij idem qd̄ occiput· vide in caput
Occo cas caui· i· secare scindere trūcare · semīa tre
operire· Proprie quidē occare est cū rustici aratō
ne & satione facta dimissis bobꝰ grandes glebas
cedūt· & ligonibꝰ frangūt · Et dicit̃ occare quasi
occecare· qꝛ operiat semina· & tunc est occatio q̃si
occecatio· sed ponitur ꝓ scīdere vel secare vel trū
care sicut dixi· vnde versꝰ Cloto colum baiulat · la
chesis trahit · atropos occat · Et inde hec occa occe
quoddā instrumētū ad terrā scindēdā sicut rastrū
Occo cōponitur Exocco cas · i · valde occare · Re
occo cas · i · iteꝫ occare · & ē actm̃ cū suis ꝯpoītis
Occulo lis lui cultū · i · abscōdere· tegere· claudere
celare· & cōponitur ex ob et colo lis· Ouidiꝰ in pri
ma epi· Ossa rumosas occulit herba domos · & ab
vltimo supino occultu· u in o· fit occulto tas· i· fre
quēter occulere· verbū frequētatiū· Iteꝫ ab occulo
lis· dicitur occultus ta tū · i · abscōsus· tectus · clau
sus · & cōpatur occultꝰ tior simꝰ· & ꝓducit p̄maꝫ
positōne· vñ horatiꝰ in prima epistola· Occultū vi
sus decurrit piscis ad hamū
Occultꝰ ta tū· in occulo lis · vide ·
Occumbo bis· et occubo bas· ĩ cūbo bis ē
Occupatio est qdā color rethoricꝰ· vide ĩ q̃rta p
te in capl'o de coloribꝰ rhetoricis
Occupo ex ob et capio cōponit̃ occupo pas paui
pare· i· inuadere· quasi ex improuiso vel ante cape ·
& inde cōponitur p̄occupo pas· i· ante occupare·

Itē exoccupo pas·i·īpedire·et cor· cu

O ccurso sas·verbū frequē· Et formatᷣ ab vltimo supꝰ·de occurro ris·cursum cursu·u in o·fit occurso sas·id est·frequēter occurrere

O cellus li·dimi·puꝰ oculꝰ·& corripit primā·vide in aurora·Sponsa columbinis sine felle potitur ocellis·& scribitᷣ ꝑ vnū c·

O ciabundus in ocium est

O cima· ab ocis quod est velox dᷣ hec ocima me· vehiculum velox·& ꝓducit ci·

O ciolū li·dimi·pnl' cor·ꝑuū ocium

O cior aris·in ociū vide·

O ciosus sa sū·in ociū est.

O cis grece velox latiē·Et cōpatᷣ cior simꝰ· Et sciās ꝙ vt dicit hug·antiqui dicebāt ocus oca ocum. id ē·velox ab ocis grece · & inde ocior cissimꝰ ·sed ocus modo nō est in vsu · & ideo ocis grecū subit loco positiui· & dicitur ocis ocior ocissimꝰ· Vnde ocius ocissime aduerbium

O citabulū quoddā pondus est habēs dragmas sedecim·scrupulos q̃dragītaq̃nq̃z

O cissimꝰ in ocis est·

O cium cij·id est quies securitas·sed ociū corporis est·quies animi·Vnde ociosus sa sū ·id est quietꝰ securꝰ.ocio vacās·ocio plenꝰ·nil opans·inutilis · vnde verbū dicitᷣ ociosū·id est inutile qd̕ sine cā & vtilitate dicitᷣ Et compatᷣ ociosus ociosior ociosissimꝰ· vn̄ ociose sius sime aduerbiū Et hec ociositas tatis Itē ab ociū dicitᷣ ocior aris·id est ocio vacare vnde ociabūdus da dū· ociosus vel similis ocianti & o āte c·ꝓducitᷣ Vnde dicit magister bene loq̄ns de prima sillaba O ante c ꝓducitᷣ alia litera non p̄cedēte vt ociū ·vnde etiā ex hoc patet scd̕m p̄dcā regulā ꝙ ociū scribitᷣ ꝑ c·& ꝙ p̄ma ꝓducatᷣ Patz etiā ꝑ ouidiū dicētē Ocia si tollas ꝑiere cupidis artes Et nota ꝙ verbū ociosū scd̕m gregorium est qd̕ aut vtilitate rectitudinis·aut ratōe iuste necessitatis caret Bernhardꝰ aūt sic dicit Oīm aūt et tēptatōnum & cogitatōnū malaꝝ & īutiliū sentina ocium dicitᷣ Sūma em̄ mētis malicia est ociū iners· Nunq̄ ociosus sit seruꝰ dei. q̄uis ad deū feriatus sit·ociosū n̄ ē vacare deo·imo negociū negociorū est hoc ꝙ quicūq̃z in cella nō agit fideliter et feruēter·qd̕cunq̃z agat qd̕ ꝓpter hoc non agat scz vt deo seruiat in eo ꝙ agit ociatᷣ· vbi ꝓ vitādo ocio ocia sectari ridiculū est Ociosū aūt est qd̕ vel nullā habet vtilitatē vel vtilitatis intētionē Nō ea die bonꝰ cellita se vixisse debet extimare· in qua nil seorꝫ egisse recolit ꝓpter que in cella viuitᷣ Queris quid agas·in quo te occupes Primū extra quotidianū oratōnū sacrificiū vel lectionis studiū quotidiane cōsciētia discussioni emēdatōni cōpositōi ꝑs sua diei negāda nō est·Nā sicut dicit basiliꝰ in ēcia omel'·hexam̄·Pars modica tēpis fenerata vl' furata deo·nō solū ipa nō depit·sz cū magnis ab eo repēditᷣ īcremētis·vide ī scādalū·& ī cella·& ī nuga

O ciꝰ aduer·i·velociꝰ celeritᷣ statim

O crea·a crꝰ deriuatᷣ hec ocrea ocree· & sūt ocree tibialia calciamēta que suras tegūt·sic dicte qr crura tegāt Vnde ocreatꝰ ta tū qui ocreas habet·Et sūt ocree·siue de ferro siue de corio sint Qꝫ aūt dicitᷣ ocrea q̃si occulēs crus·i·tegēs·ethia est. Itē ab ocrea dᷣ ocreo as·id ē calciare ocreis· Et cōponitᷣ cū ex & dicitᷣ exocreo as·i·ocreas extrahere · Inocreo inocreas·id est·ocreas induere Et est actiuū cū omnibꝰ suis cōpositis

O creo as ,in ocrea ocree est

O ctauꝰ·ab octo dᷣ octauꝰ ua uū ·vnde hec octaua ue·i·octauꝰ dies alicꝰ festiuitatis Et octenꝰ na nū·& octonariꝰ ria riū· & hic octonariꝰ rij

O cties aduer·i·octo vicibꝰ·ab octo dicitᷣ

O ctingenti te ta·i·octies centū·& componitᷣ ab octo & cētū·& mutatᷣ c in g·antecedēte n ·nam si non antecedit n·non mutatur c ·vt ducenti tricenti·vt dixi in nongēti

O cto indecli.vide in ogdo & in octauꝰ

O ctogīta·i·octies decē·oīs gn̄is .numeri pl'alis & īdecli·& ꝯponitᷣ ab octo & gētos qd̕ est decem

O ctuber octubris quidā mēsis octauꝰ ab imbre· id est a martio ·in quo scz martio abūdāt imbres siue pluuie·vnde cōponitᷣ ab octo et imber·vnde h̄ & hec octobris & hoc bre Et vt dicūt q̇dā debet scribi ꝑ o in scd̕a sillaba quia cōponitᷣ ab octo· alij dicūt ꝙ debet scribi ꝑ u quia mutatᷣ o in u·in cōpositōne causa euphonie Et est etiā regula apud versificatores ꝙ u ante b in media sillaba breuiatur vt coluber & lugubris,·p̄ter octuber saluber anubis id ē sine nube Et hoc etiā vult magister bene· Tamē velle suū cuiq̃z est nec voto viuitᷣ vno·qr scd̕m illud poeticū Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figure

O ctuplo·octo cōponitᷣ cū pli ca & dicitur octuplus pla plum · vnde octuplo octuplas.id est octuplū facere· octies multiplicare·& corripit naturaliter tu·

O ctussis·as assis cōponitᷣ cum octo & dicitᷣ hic octussis·id ē octo asses vel p̄ciū octo assiū ·vnde horatiꝰ in sermone Quāti empte paruo quāti gᵒ octussibꝰ heu De hoc etiā vide in as assis

O culatꝰ·ab oculꝰ dicitᷣ oculatꝰ ta tū Et oculeus lea leū in eodē sensu scz plenꝰ oculis Et cōpatᷣ oculosus sior simꝰ Itē inuenitᷣ oculissimꝰ ma mū ·qui plenus est oculis vel qd̕ frequēter inspicitᷣ ab oculis·sicut dicūt quidā Hostiū amice tue oculissimū est·eo ꝙ oculi tui semꝑ aspiciūt ī illud Vnde plautus Hinc ꝓximū illud hostiū oculissimū salue· Itez oculatus inuenitᷣ in alio sensu scz manifestus apertus acutus·vt fides oculata·id est manifesta et apta scz que oculis habetᷣ

O culo las in oculus est

O culissimꝰ ma mū·in oculatꝰ exponitᷣ·

O culus ab occulo lis quod ē abscondo dicitᷣ hic oculus li·vnde isidorꝰ·xi·ethiaꝝ· Oculi dicti sūt quia eos cilioꝝ tegmina occultāt· nequa incidētis iniurie offensione ledantᷣ· siue quia occultū lumen habēt·i·secretū vel intus repositū Hi inter oīmes sensus viciniores anime existūt In oculis em̄ oīme mētis indiciū est·vel animi ꝑturbatio vel hilaritas in oculis apparet·vnde oculo las · vt deꝰ oculauit istū·id ē dedit ei oculos Et cōponitᷣ Exoculo las· id est·oculos extrahere Et corripit primā oculꝰ & ab eo deriuata Vnde ouidiꝰ epi·Inuitis oculis hec mea verba leges· Itē ab oculus dicitᷣ oculosꝰ sa sū id ē·plenꝰ oculis ·¶ Et scias ꝙ basiliꝰ dicit in hexameron sua omelia·ix·Reuera oīm causarū difficilimū est seipsū cognoscere·Nō em̄ solus oculꝰ ea que extrinsecꝰ habentur inspiciēs seipsum valet intueri · sed etiā mens ipsa satis acute aliena delicta contemplās·tardior est erga suorum cognitōnem viciorum·Sic enim aristoteles dicit· Quod oculꝰ est in corpore·intellectus est in anima· Et vt dicit auicenna·Si motus oculi est leuis significabit caliditatem complexionis·si grauis. frigiditatem · vide in curiosus .

O ante D

O da grece latine dicitᷣ laus·Et oda dicitur

cantus Et oda finis. & oda via. Hinc quidaʒ liber horacij intitulať liber odarum. id est. cantuū vl' laudū. qꝛ ibi laudare intēdit. & qlibet eiꝰ distinctio diciť oda. qsi laus vel cantꝰ.

O denta diciť dens

O deporicꝰ ca cū. i. temerariꝰ vel itinerariꝰ. vel viatoriꝰ. sed odeporiū diciť laus cātilene.

O di pteritū in odio odis exponiť

O dibilis in odio odis est

O dio odis odiui oditū. i. odio habere. vnde ꝓpheta. Odiui ecclesiā malignātiū. vnde odi odisti odit osū verbū defectiuū in eodem sensu. vnde ꝓpheta Perfecto odio oderā illos. Itē amos. v. Odi & ꝓieci festiuitates vestras. Et habꝫ tm̄ pteritū et ea q formanť a pterito Accipiť tn̄ et in sensu pñtis & in sensu pteriti. Vn̄ īueniť copulatū cū pñtis tpis verbo Et sūt quattuor verba que gerūt ī pterito sensū pñtis et pteriti tpis. scꝫ odi noui cepi et memini. sicut dixi in memi. Et ab odio odis diciť hic et hec odibil' & hoc le. i. odio habitꝰ vel habilis Et hoc odiū dij. i. inueterata inimicicia de vltione cogitans. Vnde odiosus odiosa odiosum. odio plenus. odio habitꝰ. & qñꝫ sic diciť odio habens. Et in eodē sensu diciť odiosicꝰ ca cum. Odi odisti odit neutꝝ est cū suis cōpositis. siqua habet. & est tercie cōiugatōis. Odio dis actm̄ est cū suis cōpositis. Itē odi odisti ꝓduciť pmā. sed odio dis. corꝝ pmā. & est quarte cōiugatōis. Vnde horatiꝰ ī epi Prodigꝰ et stultꝰ donat q spernit et odit. Itē ouidiꝰ de arte. Odimꝰ accipitrē quia semp viuit ī armis. Vnde quidā. Actiuū fit odit neutrū ꝓduciť odit. Et scias ꝙ odio odis olim faciebat futurū in dicatiui in bo. vnde in ꝓuer. ca. j. Et imprudentes odibūt sciētiā. sꝫ mō facit ī am odiā. vide in eo is.

O diolū li. dimi. puū odiū.

O diosicus ca cum. i. odiosus. vnde odiosice adū. id ē. odiose. vide in odio odis

O diosus sa sum. in odio odis est

O diū dij. in odio odis est

O dolla le quidā locus est.

O dor. ab aere diciť hic odor vel odos. qꝛ tractu aeris sentiť. & diciť odor ꝓprie de bono. vn̄ odorꝰ ra rū. i. odore plenꝰ. scꝫ qđ ex se mittit odorem vt flos thus pomū. vnde odore aduer. Odor ꝯponiť Odorifer ra rū. qđ odorē fert. & odorisequꝰ qua quū. pnl' cor. qui odorē sequiť vt canis. Et licꝫ hec noīa scꝫ odorū odoriferū odoratū & odorisequus ita distinguantur. vt odorū dicať qđ ex se emittit odorē vt flos Idē et odoriferū Odoratū qđ odore receptū est. vel qđ odorē pcipit. vel odorē aliunde accepit. & odorisequū qđ odorē sequiť vt canis. Cōfūdunť tn̄ hec vocabula apud autores. & pro se inuicē posita inueniunť. Et scias ꝙ quedā nomina faciūt noīatm̄ in or vel in os. vt patet in his versibꝰ. His duo sūt or & os casꝰ retmētia rēos Arbor odorqꝫ labor his sociať honor

O dorabilis. ab odoro ras diciť hic et hec odorabilis et hoc le. quod aptum est ad odorandum. vnde odorabiliter aduerbiū

O doratus in od oro ras est.

O dorculꝰ li dimi. paruꝰ odor

O doria ab odorꝰ ra rū. dr̄ hec odoria rie. dea que odoribꝰ putabať pesse. & ꝓ ipo odore inuenitur. Plautꝰ ī amphitrione. Odoria afficit plures filios

O dorifer ra rū pnl'. cor. in odor est.

O dorisequꝰ qua quū. in odor vide

O doro ab odor diciť odoro ras Et odoror raris ī deponēti gñe. vnde in gen. Odoratꝰ est dñs odorem suauitatis Et ponūtur in eodē sensu scꝫ odorē pcipere. vel odorem accipe. vel olfacere. vnde odoratus tus tui. i. actus vel passio odorādi. & diciť odoratꝰ qsi odoris aeris tactꝰ vel tractꝰ. & ē ethimologia. & inde odorabilis le. & odorabiliť aduer. Et hec odorantia tie. Odoro ras actiuū est cum omibꝰ suis cōpositis siq habet. & ꝓđ. do. sꝫ odoror est depo. cum suis cōpositis

O enoforꝝ. oenos qđ est vinū componitur cum foros quod est ferre. & dicitur hoc oenoforū ri. vas vinarium aptum ad ferēdū vinum scđm hug.

O enos grece latine diciť vinū.

O estrū tri. ge. neutri. qđdā genꝰ muscarū. scꝫ asilus vel tabāꝰ. Et diciť grece a sono queꝫ facit. & ita oestrū nomē est grecū & ficticiū. oestrū poniť quādoqꝫ ꝓ sapiētia. vel spū poetico. qꝛ sic oestruꝫ aīalia mouet & pūgit. ita et spūs poetam. Stacius thebaidos. Tēpus erit cū laurigero tua fortior oestro facta canam.

O ffella le est dimi. de offa. est em̄ offella pua offa. & subtrahiť ab offella vnū f qñꝫ in metro vt posiit prima breuiari. sic dicit hug. Et sic videť velle hug. ꝙ offella dēat scribi p geminū ff. licet vnū aliquādo subtrahatur cā metri Sed magister bene dicit simpliciter ꝙ offella corri. primā. Itē pap. dicit. offa geminat f. facit tamē diminutm̄ non geminata f ofella. qꝛ in diminutōne multa mutanť. vnde quidam. Hec est excepta quā gusto libēter offella

O ffa. fans cōponiť cum ob. & diciť hec offa offe frustū panis humectati. quasi obfans. i. cōtra fantem. quia noceat fanti. quia os īpleat. Daniel'. xiiij Offa picis. vnde versus Offa nocet fāti sed ꝓdest esuriēti. vnde hic offarius rij. i. coquꝰ. Et offatim id ē. pticulatim Et offatꝰ ta tum. i. pticulatꝰ. diminutꝰ. Et vt dicūt differētia est inter offaꝫ & vipā vipa em̄ ꝓprie fit in vino. vnde dicitur vipa qsi panis ī vino. offa in alijs liquoribꝰ

O ffarius rij in offa est

O ffatim aduerbiū. in offa est

O ffatus ta tū. in offa est

O ffendix ab offendo dis dicitur hic offendix cis id est. nodus. & ꝓprie qui restringiť et remittitur. vel quo liber ligatur.

O ffendo dis. o in i. offendi. & do in sum offensū & est offendere aliquē facere irasci. vel inuenire Cū em̄ ad lapidē offendimꝰ illū inuenimꝰ. Et inde hec offensio sionis. Et hec offensa se. id est. culpa forefactū. et hoc offēdiculū li. illud idē scꝫ clpa vl' id ad qđ pedē offēdimꝰ. vel obex. vel īpedimētuꝫ

O ffensa se in offendo dis est

O ffensaculū in offenso sas vide

O ffensio. ab offēdo dis vel ab offensus sa suꝫ. offensi addita o fit hec offensio onis. id est culpa. forefactum. offensa Et est fe. ge.

O ffensiūcula le. dimi. pua offensio

O ffenso. ab offendo fēdis di sum su. u in o fit offenso sas verbum frequē. vnde hoc offensaculū li id est. scādalū. vel ira vel impedimētuꝫ. Itē ab offēdo dis dicitur offensus sa sum. Et cōponiť. Inoffensus sa sum. id est nō offensus

O ffensus in offenso sas vide

O fferenda ab offero dicitur hec offerēda de. id ē antiphona que caniť cū oblatio debet celebrari Itē offerēdus da dū. id est dignꝰ offerri

O fferro offers obtuli oblatum · Vnde hec oblatió
ex ob & fero · vide in fero ·
O fferret̃ dicendũ ẽ nõ offerreret̃ · vt ĩ ferret̃ dixi
O ffertoriũ rij · i · oblatõ quasi ꝑfertũ q2 primo lo
co fit oblatio · & postea sacrificiũ · Et offertorium
dicit̃ locus vbi reponũtur vel vbi fiũt oblatõnes ·
Et cõponit̃ ex ob et fertũ ti · qð ẽ oblatio q̃dã · vel
potest deriuari ab offero offers
O fficina · Scðum papiã officine dicũtur loca vbi
fiunt officia · & ꝓð · fi
O fficio cis · ex ob & facio cõponit̃ · id est · noceo ·
vide etiam in facio cis ·
O fficiũ ab officio cis · i · noceo dicit̃ hoc officium
cij · i · ministeriũ bñficiũ · ꝑ cõtrariũ q2 minime noc3
Vel officiũ quasi efficiũ ab efficiẽdo · vnde officio=
sus sa sũ · id est · sedulus · officio ĩtent9 · Et cõꝑatur
Vnde hec officiositas tatis ·
O ffirmo as in firm9 est
O ffula le dimi · ꝑua offa
O ffundo dis · in fundo dis vide ·
O fimacus ci scribit̃ ꝑ f · in secũda litera in pap̃ · &
cor · penul · Et est ofimac9 q̃dã aĩal qð pugnat cõ
tra serpẽtẽ · de quo habet̃ leui · xj · & cõponit̃ ab ofis
quod est serpens · & machos vel machia qð ẽ pug̃ ·
O fiofagite pars ethiopũ · dicta ꝙ serpẽtes come
dat Ofis eñ grece coluber · fage vel fagin comede=
re scðum papiã · & ꝓducit gi ·
O fis vel ofi grece latine dicit̃ serpẽs · & scribitur
in papia ꝑ f · et etiã ꝑ ph · Ph eñ scribitur in grecis
dictionib9 · sed in latinis f ·
O fites Ofis grece latine serpẽs · Vnde hic ofites
tis quidã paru9 serpẽs multas et paruas habens
maculas Et vt dicũt stellio est · vnde lucan9 · Quã
paruis pict9 maculis theban9 ofites · vnde et q̃dã
lapis serpẽtũ maculis similis dict9 est ofites Ite3
ab ofi quidã heretici dicti sũt ofite · quasi serpenti
ni Quia colunt serpẽtem dicentes ipsum in para=
disum induxisse veritatis cognitõnem ·
O fiulcus ab ofi qð est serpẽs dicit̃ hic ofiulc9 ci ·
id est · serpẽtin9 Sic dict9 fuit esculapi9 qui ĩ spẽ
serpẽtis colebat̃ apud romanos · & cinctus serpen
te trãslat9 fuit in celũ · vnde dicit̃ ofiulc9 quasi ser
pẽtis custos · vel ofiulcus dicit̃ quasi serpẽs loq̃ns
Legit̃ eñ in fabulis poetaꝝ ꝙ quidã serpẽs locu
t9 est cũ ope vxore saturni · & eam docuit vsu3 se
minãdi Et ꝑ hũc volũt q̃dã ĩtelligẽ serpẽtẽ q̄ euã
decepit · q2 postq̃ peccauit sine agricult̃a viuẽ nõ
O fix grece ltie d2 auꝝ potuit
O fny interꝑtat̃ discalciat9 Fuit eñ fili9 hely ele
ct9 in misteriũ sacerdotij · cui9 amissionẽ suo exꝑs
sit vocabulo Iste eñ discalciat9 interꝑtat̃ · vt eius
noĩne veteris testamenti sacerdotiũ a iudaico po
pulo significaretur ablatum

O gdo dicũt greci octo · vnde hec ogdoas
ogdoadis · id est octo vel octonarius ·
Et apud nos hi & hee & hec octo · inde
elma · ct positis ꝑ gd ·
O gdoas adis penul. cor · in egto vide
O gganio · in ganio nis exponit̃

O lax . ab oleo les dicit̃ olax olacis gñis oĩs
id ẽ · olid9 qui assidue olet Et cõꝑat̃ olax
cior sim9 · vnde olaciter cius sime aduer ·
Et hec olacitas tatis ·
O lda interꝑtat̃ distinctio siue diuerticulũ ·
O lea olee dicit̃ fruct9 oliue · vel ipsa arbor oliue ·
vel scðm Isidoꝝ Olea ipsa arbor est fruct9 oliua
succus oleũ · vide in oliua

O leagin9 · ab olea d2 oleagin9 na nũ · i · de olea exi
stẽs vel ad oleã ꝑtinẽs Et corripit gi
O leariũ rij Ab olea dicit̃ hoc olearĩu3 rij vas vbi
oleũ reponit̃ Et oleari9 ria riũ
O leaster stri · mascu · ge . i · siluestris oliua vel olea
Et vt dicit isido29 Oleaster dicit̃ quia sit folijs oli
ue similis · sed latiorib9 · arbor inculta & siluestris
amara at3 infructuosa · cui insert9 oliue ram9 vim
mutat radicis · & vertit in ꝓpriã qualitatẽ · Et scias
ꝙ noĩa arboꝝ sũt femĩ gñis · quia naturã matris ĩ
suis fructib9 imitãtur · sed oleaster fuit mas · gñis
quia nõ cõcipit cũ sit ꝓpriũ sue gentis cõcipe · i · oli
uaꝝ · Et dicit̃ oleaster ab olea
O lefacio · i · olẽ facio Et ꝯponit̃ a facio et oleo les
O lefio fis · id est fetere vel incipere fetere Et ꝯpo
nit̃ ab oleo oles & fio fis
O leo oles olui vel oleui · olitũ vel oletũ olere . id ẽ
fetere Oleo cõponit̃ cũ ad & dicit̃ adoleo les leui
vel lui letũ vel litũ · ꝓ quo vtimur adultũ · id ẽ · cre
mare vel cõburere incẽdere · Vel dicit̃ adolere · id
est crescere Itẽ cõponit̃ cũ ab & dicit̃ aboleo oles
leui vel lui letũ vel litũ · id ẽ delere Itẽ cũ ex & dici
tur exoleo les leui vel lui letũ vel litũ · id est excre
scere · vnde exoletus ta tũ Itẽ cũ in & dicit̃ inoleo
les leui vel lui letũ vel litũ · & est inolere crescere ·
vnde inolit9 ta tũ · Itẽ cũ per & dicitur ꝑoleo les ·
leui vel lui letũ vel litũ · i · valde olere Itẽ cũ ob &
interposita s dicit̃ obsoleo les Inde obsolet9 ta tũ
Itẽ cõponitur cũ re & interposita d dicit̃ redoleo
les Itẽ cũ sub & dicitur sboleo les suboleui vel sb
olui subolitũ vel suboletũ · id ẽ succrescere Vñ hec
soboles · Oleo facit ꝑteritũ in leui vel in lui · & su
ꝑinũ in letũ vel in litũ · Similiter & oĩa cõposita
ab eo ꝙ̃uis q̃dam frequẽti9 faciãt in leui ꝙ in lui ·
Itẽ oleo neutꝝ est cũ oĩbus suis cõpositis Preter
adoleo ꝓ cremare Et aboleo les q̄ sũt actiua scð3
hug̃. De hoc etiã sentit magister bene dicẽs · Oleo
les facit oleui & secũdũ hoc facit oletũ · & olui &
scðm hoc olitũ · & vtrũq3 ꝑteritũ et supinũ retin3
cũ suis cõpositis Cũ vno tañ sincopat̃ vt adultũ
ꝓ adolitũ · vnde adult9 ꝑticipiũ passiui ꝓ adolit9
ꝓlatũ repitur Quidã tañ dicunt ꝙ adoleo quãdo
significat crescere facit adoleui adultũ Quãdo ve
ro significat cremare facit adolui adolitũ Pris . au
tẽ in nono libro ꝓbat ꝙ in vtraq3 significatõe hẽt
vtrũq3 supinũ sc3 adultũ & adolitũ · & hoc teneas
Et scias ꝙ redolere dicitur tm̃ de bono odore · olẽ
vero tm̃ de malo scðm hug̃ · Sed papias magis am
pliat ei9 significatõem · Dicit eñ · olent res valde
male l' bone · redolẽt tm̃ bone Et cor · o · vñ quidã ·
Nõ redolet s3 olet piscis biduan9 & hospes Inue
nit̃ etiam olo lis tercie cõiugatõis ꝺm antiquos
O leomella · olea cõponit̃ cũ mel & dicit̃ hec oleo
mella le q̃dã arbor sic dicta ꝙ ex ei9 trunco oleum
defluat ĩ crassitudĩe mellis sapore suaui
O lerin9 na num · penultima ꝓducta · id est olus ·
vel de olere existẽs · & dicitur ab olus
O lero ras · ab oleo les dicitur olero ras · i · plãtare
olera vel olerib9 vti · Et cõponit̃ Deolero ras Exo
lero ras · i · valde deolerare vel olera auferre Et est
neutꝝ cũ oĩb9 suis cõpositis Et cor · le ·
O letũ ab oleo les d2 hoc oletũ ti · i · fetor vel loc9
vbi frequẽter mingitur · qui grauiter fetet · & po
nitur ꝓ qualibet re fetida · Inuenitur etiã olet9 ta ·
tum · i · fetidus · et cõponitur exolet9 ta tũ
O leum vel oliuum ꝺm hug̃ · ꝓ eodẽ accipitur · id ẽ
pro liquore oliue · et vt dicunt · oleum si quis inter

aquas mersus ex ore emiserit· clariora facit ea q̄ pro bundi teguntur occulto Nā ei? natura habet vt ei fos cōdiat· lumini fomētuz p̄beat· & lassum lōgo itiñe corp? dū eo unctū fūit p̄stīe sanitati restituat

Olfacio· olefacio cis sincopatur· & dicitur olfacō cis· i· olefacio· vel olfacio· i· odoro

Olfactoriolū li dimi· ī olfactoriū est

Olfactoriū· ab olfacio dicit̄ hoc olfactoriū rij· vnde h° olfactoriolū li dimi· vas vnguētariuz mu liebre in quo odoramēta gestātur·

Olfact?· ab olfacio dr̄ olfact? ta tū· i· odorat? ta tū· & hic olfat? t? tui· p odoratu

Olidus ab oleo les dicit̄ olid? da dū· i· fetid?· Et cōpat̄ olid? dior sim?· vnde oli de dius sime· aduer bium Et hec oliditas tatis

Oliban?· i· albū incēsū pnl̄· cor·

Olim aliquādo p̄teritū signat· id est· quondā an tea· Aliquādo olim & de p̄terito & de futuro dr̄· sic̄ aliqn̄· qn̄ vnq̄ scd̄m pap· & pō· o

Olimpias adis· ab olimp? dicit̄ olimpias adis· & hec olimpica ce in eodē sēsu festū vel solēnis lud? qō vel qui fiebat ad honorē iouis semel p quinquē niū· ne si vlteri? p̄tēderet̄ in negligētiā et obliuio nē corrueret· vel si citra quinquenniū celebraret̄· expēse nimietas eos grauaret· In ipa celebratōe lex talis erat· q quicūqz victor existeret ibi in aliquo ludo haberet quodcūqz mun? vellet requirere· vñ inuenit̄ in rhetorica vt quicūqz tirānū interficeret olimpicoz premiū acciperet Et hinc olimpic? ca· cū· Et olimpiacus ca cū· pnl̄· cor·

Olimpic?· in olimp? est· & cor· pi

Olimpi? pia piū· in olimp? est·

Olimpus· olon qō est totū cōponit̄ cū lāpas qō ē lux vel ignis & dicit̄ hic olimpus pi· qdā mons q̄si ololāp?· i· tot? lucēs· qr est quasi celū altitudīe sua vnde et sepe ponit̄ p celo· vnde olimpi? pia pium & olimpic? ca cū Et hoc olimpū· i· mōs vel opidū vnde hec olimpica ce· Et secūdū quēdā poetā oli pus excedit nubes· vide in mons

Oliopomenō· vide ī q̄rta p̄te d̄ coloribz rhetoricis

Olitor· ab olus dicit̄ olitor toris· i· ortolan? scilz olerum custos· Olitor etiam dicit̄ fimari? qui por tat fimū· & corripit li·

Oliua ue· dicit̄ ab oleon quod greci dicūt oliuam Inde hec olea lee· & ab istis hoc oliuū vel oleuum· Oliua arbor· olea fruct?· oleū vel oliuum liquor· Bacca fruct?· sed hec p̄prietas corrūpit̄ sepe· Qui dā dicūt olea vel oliua arbor· Ab oliua dicit̄ h° oli uetū olineti· Et hoc oliuarium rij· locus vbi oli ue crescunt· Et hic & hec oliuaris & hoc oliuare· ad oliuā ptinēs· et pdu· li oliua

Oliuaris in oliua est expositū

Oliuetū in mons est expositū

Oliuifer ra rū· pnl̄· cor· i· ferēs oliuas· ex oliua et fero fers vel ferēs cōponitur

Oliuū oliui· in oleū est

Olla· ab oleo oles dicit̄ hec olla olle qr diu seruet īmissū odorē· vel olla dicit̄ a bullio lis· q̄si bolla· qr bulliet in ipsa aqua igne supposito· vñ hic ollarius rij· qui facit ollas· Et componitur ollifer ra rum· qui fert ollas vel apportat

Ollifer ra rū· in olla vide

Olula le· dimi· pua olla

Olocarpaniū· Olon cōponit̄ cū carpos quod est fruct?· & dicitur hoc olocarpanium nij· id est· to tus fructus· & corripit pa

Olocaustomata atis ge· neu· idē quod olocaustuz & pdu· pnl̄ nti· sz penul· gti corripit

Olocaustū· olon quod est totū cōponit̄ cum cau stos quod est incēsum· & dicit̄ hoc olocaustū ti· i· sacrificiū quod olim fiebat de aīalibus brutis· q̄si totū incēsum· quia totū incēdebatur & cōburebatur· & non comedebatur

Olofernes cōponitur ab olon quod est totū & fe ro fers & necis· quasi ferens omnibus necem· vnde bene signat dyabolum·

Olographū· ab olon qō ē totū· & g̃phia scripta cōponitur· inde hoc olographū phi· i· testamētum manu autoris totū scriptū· & cor· gra·

Olon grece latine dicit̄ totū

Olor grece latine dicitur totuz· vnde hic olor olo ris q̄dā auis scz cign?· qr tot? plumis sit albus· vñ ouidi? epi· Ad vada menādri cōcinit alb? olor· In de olerin? na nū· Item inuenitur hic olor oloris· id est· fetor· & tūc deriuat̄ ab oleo oles

Oloseric? Olon· i· totū cōponitur cū sericuz· & di citur oloseric? ca cum· id est totus ex serico· vnde hec oloserica ce· quedā vestis tota ex serico fc̄a· &

Olus· ab alo alis dicitur hoc ol? cor· ri· oleris quedā herba ortolana Et dicit̄ olus ab alen do· qr primū hoīes alebant̄ de olere anteq̄ fruges vel carnes ederēt· Olus etiā dicitur cibus inde fa ctus & summitas herbarum

Olusculuz li· diminutm̄ paruum olus· Et forma tur ab olus addita culum

Omasus· ab omen dicitur hic omasus si· i· tripa vel vētricul? qui cōtinet alia viscera· qr in ipso rez euēt? inspiciebant· & pducit ma· Horati? in epi· Patinas cenabāt oma si· Item alius· Noscit̄ p nasū mulier q̄ vēdit omasū

Omelia· a laos vel leos quod est pp̄l'us· & omos quod est os cōponitur hec omelia lie· q̄si os pp̄li· id est· sermo popularis vel ad populū· Vel omelia cōponitur ab omos quod est popul?· & logos qō est sermo· vel ex oda quod est laus uel cāt?· et leos quod est popul?· et melos quod est dulcis sonus· vnde omelia quasi sermo popularis vel cantus po pularis vel dulcis cantus· i· tract?

Omen ominis· i· auguriū vel auspiciuz· & dicitur ab ore quasi orimen quia fit ore augurium· vnde ominosus sa sum· plenus augurio vel fortunatus· Quintilian? de causis· Senex ominosus morte filij mei viuo· vñ ominose adū· i· fortūate· tcio re· c· xx Qō accepunt viri p omine· & cor· mi omē omīs·

Omentū ab omē dicitur hoc omētuz ti· mapa ven tris scz mēbrana q̄ cōtinet maiorē p̄tē ītestinoz· vl' dicit̄ sic a greco E q̄nz dicuntur omenta ītestīa

Ominor· ab omen dicitur ominor ominaris natus sum· i· augurior· et cor· mi

Ominos? sa sum· in omen vide·

Omitto· & ommitto p geminnz m· dicitur· et tūc mutatur b· in m· et subtrahitur aliquādo vnum m Vnde dicit prisc· in secundo lib· maio· Omitto pro ommitto dicim?· Horati? ī secūdo sermonū· Aut spem deponas· aut artē illusus omittas· Subtra hitur vnū m· vt p̄mā corripiat· Idē ī epi· Quē sua culpa p̄mit deceptus omitte tm̄

Omnebonū p̄priū nomē mas· ge· est· qr qualitas vocis essētiā rei nō mutat Et inde licet omnebonū cōponatur ex duob? rectis· nō declinatur tamē ex vtraqz parte· sed tm̄ in fine· vt hoc omnebonū hu ius omneboni Et videtur hoc esse de ratōne quia illa cōpositio nō est vera· sed tm̄ imaginaria· Non em̄ traxit aliquam significatōem ab eo quod ē omē

sic dixi i tcia pte in caplo de figura cōposita nois.
O mnimorbia . ab omni et morb9 cōponit͛ hec oi morbia bie. quedam herba sic dicta . quia multis morbis subueniat.
O mnino. ab omnis dicit͛ oino aduerbiū intētiuū id ē penit9. & pducit pnl. scdm oēz vsū
O mnipotēs ab omni et potēs cōponit͛ hic omipotēs tis. qui potest oia scz de9 Vere em̄ de9 omipotēs est. quia potest quidqd vult fieri . vel quia potest qdqd posse est potētie Ex quo patet q de9 nō potest peccare mētiri vinci vel mori. quia pdicta & cōsimilia posse nō est potētie sz defectus & ipotētie Itē oipotēs potest declinari adiectiue hic & hec et hoc oipotēs. vnde hec oipotētia tie
O mnis ab on quod est totū dicit͛ hic et hec omis et h° omne scdm quosdā sz magis videt͛ esse primi tm̄ Et ptinet ome ad multitudinē Totū ad magnitudinē Ome singularia cōtēta sub noie cōphēdit cui adiūgit͛ distribuēdo Sz totū ptes singulares cōtētas sub noie cui adiūgit͛ comphendit. ut tot9 hō id ē totaliter accept9 scz cū omib9 suis ptibus, scz homo et quelibet pars hois Itē vt dicūt quidam . Omis i singulari numero ad mi9 requirit tria supposita. i plurali numero sex Alij vero dicūt q sufficit q ois distribuat p eo quod inuenit Vnde si inuenit duo ea distribuit tm̄ . nec tūc plura requirit. Vnde aristoteles in elencis. Omne qd qs nouit. disceēs vel inueniēs nouit. hic ome p duob9 tm̄ distribuit Similit͛ cōueniēter dicit͛ Da mihi omem denariū quē habes in marsupio. esto q non habeas nisi vnū denarium in bursa Et ista opinio magis mihi placet Itē scias q ois facit actm̄ pluralē in es vel i is. vt omnes vel omnis. Itē nota q m est de secunda sillaba in omnis.
O mnitenēs. ab omni & tenēs componitur hic et hec & hoc omnitenēs tis. i. deus q tenet oia Et potest declinari p tria genera hic et hec et hoc omitenens tis Et hec omnitenētia tie.
O moensis. vide i qrta pte i caplo de tropis
O moeptoton ē qddā scema de quo dictū est i qrta pte in capitulo de scemate.
O moetelētō. vide i qrta pte i capitulo d scemate
O mofagia Omos quod est vnū cōponit͛ cū fagin quod est comedere. & dicitur hec omofagia fagie vna vel similis comestio
O mogeneos nea neū. i. vni9 nate. vide in ethero
O monim9 Omos qd est vnū geneos. cōponit͛ cū noma qd est nomē. & dicit͛ omonimus ma mū. id ē equiuoc9 scdm dyaleticos scz vnū nomē principaliter ex diuersis iposito͡ib9 plura significās Vnde hec omonima me. i. equiuocatio scdm hug. vel vt vult pris. Omonimū est vnū nomē plura significās. & hoc in pprijs et appellatiuis In proprijs vt pirrhus filius achillis . & pirrhus rex epirhotaꝝ In appellatiuis vt nepos fili9 filij. & nepos luxuriosus Itē acies ferri oculoꝝ et militū.
O mopasia exponitur in quarta parte in capitulo de coloribus rhetoricis
O mophosis exponitur in quarta parte in capitulo de coloribus rhetoricis
O mos grece ltie dr vnū. Itē omos ppls ul os oris
O mousion Omos quod est vnū cōponit͛ cū vsia quod est essētia vel substātia Et dicitur omousion vel omousios. id ē vni9 et eiusdē substātie vel assimilatio Vnde hiesus crhist9 domin9 noster dict9 est omousios. id est vni9 essentie vel substātie cuz patre. Vnde ipse dicit in iohāne Ego & pater vnū sum9 Item scdm papiā omousion. id ē similis sbe. qz qualis de9 talis imago ei9
O mozēlis exponit͛ i qrta pte i capi. de tropis.

O n dicitur totū vel ome Vnde cōponitur ypion Et hinc etiā deus dict9 est on. qz super omnia est & in omnibus est Itē on vel onos grece dicit͛ latine asin9
O nager ab onos vel on grece quod est asin9 ltie & ager vel agrios qd ē ferū vel agreste . cōponit͛ hic onager gri penul. cor. i. siluestris et fer9 asinus
O nero ras in on9 oneris vide
O nesim9 mi penul. cor. ppriū nomē viri est
O nesiphor9 ppriū nomē viri. et cor. penul
O nias onie ppriū nomē viri. & acuit penultimaz
O nica herba aromatica scdm papiā. vel sicut dicit͛ in historijs Onica dicit͛ ostreola parua suaue redolēs. magnitudie humani vnguis. vnde et onica qz onix grece vnguis latine dicit͛ Ostreola aūt est quidam piscis Alexāder aūt neq ponit talem versum Vngula dat nobis qd onica signat et onix
O nicin9 ni mas. gnis penultia cor. gen9 ē lapidis vel metalli fm papiā . & est appositiua cōstructio cum dicit͛ lapis onicin9. & ens onix Potest decliari etiā mobiliter onicin9 na nū possessiuum de onix & tunc pducit penultimā
O niculus li penul. cor. idē lapis qui et onix
O nicus in onix vide. & corripit ni
O nix onicis quedā gēma appellat͛ Sic dicta quia habeat in se pmixtū cādorē in similitudinē vnguis humani Onicon em̄ greci vnguē dicūt. vnde h onicus vel onicul9 p eodē lapide. & corripit penulti.
O nocētaur9. onos quod est asi gti onicis nus cōponit͛ cū cētaur9. & dicit͛ hic onocētaurus ri. asin9 mixt9 hois natura . i. agrestis. dict9 sic qz superior pars sit similis homini posterior vero asino vt dicit Papias
O nocrocalus vel onocrocalon dicit͛ ab onos qd est asin9 qdam auis qz faciē gerat asini Nā sic dicitur sclpta facies et obducta. vel onocrocalos grece latine longū rostrum dicit͛. & est auis similis cigno vt dicūt fm hug Et cor. penul. vnde i auroza dicit͛ Par onocrocal9 cigno sonitū dat in vndis
O noma. i. nomē vltia acuta. vide de hoc etiā i no
O nomatopeya Onoma qd ē nom̄ cponit͛ ma cū poyo quod est fingo & dicit͛ hec onomatopeya peye. i. cōfirmatio vel cōfictio nomis . vt in nomie ficticio Onomatopeya tn̄ quādoqz ita large sumitur q etiā cōphendit verbi cōfirmatōnes Et hinc onomatupey9 a. um. ad onomatopeyā ptinens vel cplatū vel fictū p onomatopeyā secūdū hug . Donat9 aūt in tractatu de tropis ita dicit . onomatopeya est nomē fictū a sono . vt tinnit9 eris. clāgor qz tubaꝝ. Beda vero sic dicit . onomatopeya ē nomen de sono factū vt cimbalū tinniens. clāgor tubarū. Et sil'iter pprietates aialium. vt rugit9 leois balat9 ouis. rudit9 asinorū. sibul9 serpētū. latrat9 canum. ceteroꝝqz voces cōfuse aiantiū que in scripturis sanctis sepe repiunt͛ . vt in iob quarto Rugit9 leonis et vox leene & furens et frendens sorbet terram . De hoc etiam dixi in quarta parte in capitulo de tropis .
O nos vel on grece latine dicitur asinu
O nus oneris neu. ge. i. sarcina pōd9. & cor. pnl. gti. vnde hoc onusculū li. & onustus ta. tū. i. sarcinatus. Et onusto stas. sarcinare. Et componit͛ Deonusto stas. i. valde onustare. vel on9 auferre . Et est actiuū cū suis cōpositis. Item ab onus dicitur

onerosus sa·sum·id est·põderosus· Et a genitiuo
onerosi addita tas fit hec onerositas tatis· Et one
ro ras·i·grauare·onustare·sarcinare· Et cõponit·
Deonero ras Exonero ras·i·valde onerare·vl' onꝰ
auferre· Et est actiuũ cũ oibus suis cõpositis· vnd
in grecismo dicitur Accusat semper onero sed põ
dero per se· Accusat· intellige· id est· actiuum est
& accusatiuũ casum regit·

Opacus·ab ops opis qd est terra dicitur
opacus ca cũ·penul·ꝓducta·i·obscurꝰ
vel viriditate cõdensus· Qꝫ aũt dicit opa
cus quasi optus celo·ethia est· Et cõpat opacus ci
or simꝰ· Vnde opace cius sime aduer. Et hec opa
citas tatis· & opaco opacas·i·obscurare·cõdensa
re· Et est actm̃ cũ suis cõpositis

Opalia sũt opis dee festa· que & fauria dicit qꝛ
fauet frugibꝰ· & faria etiã vocat· quia tũc puer fa
ri primũ & loqui icipit cũ eã attigit· & dr ab opis

Opella·ab opera dicit hec opella dea·
le dimi·pua opa· vel domũcula vbi opes vẽdũtur
vel vbi officia agunt in foro

Opera opere·in opus vide·

Operculũ li·in operio ris est·

Operepciũ·Opera re·cõponit cũ preciũ·& dicit
hoc operepciũ cij·i·vtilitas· vel necessitas scdm
hug· vel secũdũ papiã Operepciũ est necessarium
vtile vel magne opere·

Opericulũ li·in operio ris vide·

Operimen riminis generis neutri·i·tegimẽ· ab ope
rio ris dr· & ꝓducit ri·

Operio ris·operui optũ·opire·i·tegere· vñ opꝰ
tꝰ ta·tũ· & hoc opimẽ minis·tegimen· vñ hoc opi
mẽtũ ti Et hoc optoriũ rij· & hoc opiculũ li· vnde
numeri·xix· vas sine opericulo immũdũ erit· vel sñ
operculo scdm aliã literã· qꝛ dicit hoc opculuz li·p
sincopã· Operio cõponit Cooperio ris· Quod vl
teriꝰ cõponit Discoopio· Itẽ ex ob et pario oponi
tur opior opiris· optus sum·depo·i·expectare· &
ꝓdu·primã· Sed opior passiuũ primã corripit scdm
hug· Et vt ꝓbat pris·operior deponentale cõponi
tur ex ob et pario quod patet per eius participiuz
opertus· vt dixi in experior experiris· Et vt di:
cit magister bene· Opior qñ est passiuum cor·o
ante p· vnde ouidiꝰ· Stãtibꝰ extat aquis opitur ab
equore moto·· Idẽ facit eiꝰ actiuũ quod cõponit
ex ob et pario·subtracta b· Depo· aũt ꝓducit o·
vnde horatiꝰ Nec tardũ operior nec pcedẽtibꝰ in
sto· Itẽ cõtingit in suo pticipio vt operiens· vnde
prudentiꝰ· Operiẽs ꝓprijs moriturã viribus iram
Propter hoc dicũt multi ꝙ depo·gemiat p· vt sit
ibi positio quod mihi nõ videt Sed ꝓducit tm̃ ad
drãz passiui· vel potiꝰ necessitate metri· qꝛ sine du
bio naturaliter breuiat tã in passiuo ꝙ in deponẽ:
ti· Cõsueuit aũt b mutari in p· sequẽte p. vt oppe
to·sꝫ in opio & opior ab ij citur·sic in apio dixi·

Operor·ab opus vel opa dicit opor aris·i·opãdo
facere·auxiliari·inuigilare Et cõponit cooperor ra
ris·i·coauxiliari·cũ alio opari·

Operosus sa sum·dicit ab opa· Et est opꝰsus la:
boriosus intẽtus studiosus· vel dicitur operosꝰ ab
ope·i·vtilis vel opibꝰ plenꝰ·

Opes·ab ops opis quod est terra deriuatur hec
ops opis· & pluraliter hee opes opũ· sed noiatiꝰ
singl'aris deficit scdm vsũ· Et est nomen diuersicli
nium·i·aliud signat in singulari et aliud in plurali
Opis opi opẽ ope·i·auxiliũ tutela studiũ nisus· sꝫ
opes in plurali·i·diuitie· Inuenit tñ quãdoqꝫ i sin
gulari pro diuitijs· & in plurali ꝓ auxilio· & hinc
hec opis pis quedã dea q̃ putabat opibꝰ pesse· &
cor·o· vnde versus Querit paup opez q̃rit auarꝰ
opes· Et scias ꝙ ops ꝓ terra habet noiatm̃ i vsu·
& interposita i·facit gtm̃ opis· & est primitm̃ Et
dicit ops terra·eo ꝙ opẽ ferat frugibꝰ q̃ alio noie
dicit cibele· Et vt dixi in ops antiquitꝰ dicebatur
hic et hec et hoc ops opis·i·diues fecũdꝰ opulẽtꝰ
Et inde potest cõponi inops·i·paup·

Opico ab ops opis quod est terra dicit opico cas
id ẽ·corrodere & diminuere qꝛ oĩa terra corrodit
& diminuit· vnde opicꝰ ca cũ·i·corrodẽs· vnde iu
uenalis ait· Et diuina opici rodebãt carmĩa mures
Et hinc opici dicunt balbuciẽtes & verba quodã:
modo diminuẽtes·opicus etiã dicitur quicunqꝫ al
terius lingue genꝰ corrũpit

Opifer ra rũ·i·opem ferens· ab opis & fero fers
componitur Et cor·penul·

Opifex opificis penul·cor·cõmunis gñis·i·opem
faciẽs vel ferẽs·ab opis et facio facis·vel fero fers
cõponit· Itẽ opifex cis·i·artifex pitus scꝫ opꝰ faci
ens·ab opꝰ et facio cis cõponit

Opilio·ab oue dr hic opilio onis·q̃si ouilio scꝫ cu
stos vel pastor ouiũ· & est idẽ quod ouilio· & pro
ducit o· vnde virgilius in buco· Venit et opilio
tardi venere bubulci· Alexãder vero sic dicit Dux
est opilio cui nomẽ ouile ministrat

Opimatissimꝰ·ab opimo mas deriuat opimatꝰ ta
tũ· Et cõpat opimatꝰ tior simꝰ· Et sic legũt q̃daz
iudi·ij·ciuitatẽ opiatissimã·i·opulẽtissimã· Quidã
tñ ibi dicũt opimatissimã·i·famosissimã

Opimatus ta tũ·in opimatissimꝰ est

Opimo mas·in opimꝰ est·

Opimꝰ ab ope dicit opimꝰ ma mũ·i·opulentus
vel abundans· vnde opimo mas maui mare·i·fecũ
dare opulẽtare· & producit pnl'· Horatius in epi·
Inuidꝰ alteriꝰ marcescit rebꝰ opimis·

Opimatissimꝰ ma mũ·in opimatꝰ est·

Opinatꝰ ta tũ·i·opinione pceptꝰ vel manifestus·
Et cõpatur opinatus tior simꝰ· vnde opinate tius
sime aduer· & dicit ab opinione nomen opinatꝰ·
vnde scdm vnã literã iud·ij Ciuitatẽ opinatissimã
id ẽ·famosissimã vel manifestissimã

Opinax·ab opione dicit hic et hec et hoc opinax cis
id ẽ·frequent opinatꝰ vel manifestꝰ· sic dicimꝰ lec
catorẽ opinacẽ esse·i·manifestũ oibꝰ·

Opinio·ab opinor naris dicit hec opinio opinioĩs
putamẽ vel suspicio vel fama· & ꝓprie dicit dubia
Et est opinio quedã extranea positio vt vult ari
stoteles in secũdo topicoꝝ· Papias vero dicit·opi
nio·rumor·fama·nomẽ·aura popularis· Hic nota
ꝙ sicut dicit bernhardꝰ in·v·de cõsideratione· In
tellectꝰ ratõni innitit·fides autoritati·opinio sola
veri similitudine se tuet· Habẽt illa duo certã veri
tatẽ·sed fides clausam·inuolutã· Intelligẽtia nudã
& manifestã· Ceterũ opinio certi nihil habẽs·veꝝ
per veri similia q̃rit potius ꝙ apprehẽdit· omnino
in his cauenda est cõfusio ne aut incertũ opionis
fides figat·aut quod firmũ fixũqꝫ fidei est·opinio
reuocet ad questionẽ· Et hoc sciendũ ꝙ opinio si
habet assertõem temeraria est·fides si habet hesita
tõem infirma est· Item intellectꝰ si signata fidei tẽ
ptet irrũpere reputat effractor et scrutator maie:
statis· Multi suaz opinionẽ intellectũ putauerũt
& errauerũt Et quidem opinio potest putari itel
lectus·intellectus vero putari opinio non potest
vnde hoc accidit ꝓfecto·qꝛ hec falli et fallere põt

ille nõ poteſt· Aut ſi potuit falli· intellectus non fuit ſed opinio· Verus nẽpe intellect⁹ certã habꝫ nõmodo tñ veritatem ſed etiam noticiã veritatiſ Poſſũ⁹ ſingl'a hec ita diffinire· Fides ẽ volũtaria q̃dam et certa ꝑlibatio necdũ ꝓpalate veritatis· Intellect⁹ eſt rei cuiuſcũqꝫ ĩuiſibilis certa & mãifeſta noticia· Opinio eſt quaſi ꝓ vero habere aliq̃d quod falſũ eẽ neſcias· Ergo vt dixi fides ambiguũ nõ habꝫ· aut ſi habet fides nõ ẽ ſꝫ opinio. q° diſtat ab intellectu· nẽpe ꝙ &ſi nõ habet incertũ nõ magis ꝙ̃ intellect⁹· habet tñ inuolutũ q̃d nõ hꝫ intellect⁹· deniqꝫ q̃d ĩtellexiſti nõ eſt de eo quod vltra queras· aut ſi eſt nõ intellexiſti· Nil aũt maluimus ſcire ꝙ̃ que fide iam ſcim⁹ nil ſuperit ad beatitudinẽ· cum que iam certa ſũt nobis erũt eque & nuda Vide in fides ¶ Et ſcias ꝙ certitudo eſt declinatio intellect⁹ ad vnum

O pinoꝛ naris nat⁹ ſũ· opinari· i· putare exiſtimare vnde hic opinatoꝛ toris Et opinatori⁹ ria rium Et hic et hec opiabil' & hoc le Et hic opinabilit̃ adũ· Et hec opiabilitas tatis· Et cõponit̃ hic et hec inopinabilis & hoc le· & hinc inopinabiliter aduerbiũ & hec ĩopiabilitas tis· Itẽ ab opioꝛ h et hec et h° opimãs opinãtis· & ꝓducit pi· Vnde quidã· Abſit opinari prauos peccata lucrari· Et in auroꝛa· Vnõ ꝙ attineat ad ius herodis opimãs

O pinoſus ab opinio dicitur opinoſus ſa ſũ· i· opinione plen⁹ ꝑcept⁹ vel ꝑcipiẽs

O pipar⁹ ab opipo pas deriuat̃ opipar⁹ ra rũ· i· elegãs vel abũdãs· vel cõponit̃ ab ope & paro ras Et inde opipare aduerbium· id eſt· eleganter vel abũdãter· Et corripit pa

O pipo ab ope dicit̃ opipo pas paui pare· id eſt· nobilitare vel renouare vel recomponere· aut p⁹ planctum in cõuiuio gaudere

O pis hui⁹ opis· vide in opes

O piter hui⁹ opitris vel opiteris· i· iupiter quaſi opis pater· i· auxilij vel illi⁹ dee ſcꝫ terre· vel opũ pater· & tũc cõponit̃ ab opis & pater· vel opiter dicit̃ quaſi obiter· i· puer qui natus eſt poſt obitũ patris Idẽ et poſthum⁹ vel dicit̃ opiter puer cui auo viuo pater eſt moꝛtu⁹ anteꝙ̃ ille puer naſcerentur Et d̃r opit̃ q̃i obpat̃· qꝛ au⁹ ĩ loco eſt patris

O pitulor Opis cõponit̃ cũ tulo lis quod dicebãt antiqui· & dicit̃ opituloꝛ laris· i· auxiliari opẽ ferre Vnde opitulãter id eſt auxiliãter aduer· & opitulatim idẽ· & hoc opitulamẽ minis. & hec opitulantia tie· & hic opitulat⁹ tus tui· & hec opitulatio tionis· i· auxiliũ ſuſtẽtatio Vnde apoſtol⁹ ad choꝛĩ· in prima epiſtola ca· xij· Opitulatões gubernationes poſuit deus in eccleſia· Et corripit penul· opituloꝛ· ſicut tulo vel tuli primã

O pobalſamũ Balſamũ cõponit̃ cũ opos quod ẽ inciſio vel cauerna vel coꝛtex· & dicit̃ hoc opobalſamũ mi· i· inciſio vel cauerna vel coꝛtex balſami vl' liquoꝛ manãs de cõciſione coꝛticis balſami ꝑ cauernas Coꝛtex vero illi⁹ ligni ꝑcuſſus ꝟgulis ferreis ꝑ cauernas eximij odoris diſtillat guttas

O porteo Opis cõponit̃ cũ poꝛto tas. & dicitur opoꝛteo tes tui tere· i· cõuenire vel opoꝛtunũ eſſe & dicit̃ opoꝛtere quaſi opẽ poꝛtare· ſed modo non eſt in vſu· niſi impſonale ab eo deriuatũ ſcꝫ opoꝛtꝫ et inde opoꝛtun⁹ na nũ· i· cõueniẽs vtilis neceſſarius Et cõpatur Vnde opoꝛtune ni⁹ ſime aduerbium. & hec opoꝛtunitas tatis ſcd̃m hug· & ꝓducit primã opoꝛtun⁹ licet opoꝛtet eã corripiat· vnde ĩ doctrina rudiũ dicit̃ Opoꝛtuna ſibi ſemꝑ pruden

tia gliſcit Sed dicũt quidã ꝙ opoꝛtun⁹ geminat p· vt ꝑ̃ma ſit lõga· ſꝫ credo ꝙ prima naturalit̃ ſit lõga, licet ĩ opoꝛtet primitiuo ꝑ̃ma ſit breuis· et iſtius opionis fuit magiſter bene Vnde dicit Quidaꝫ dicũt de hoc noĩe opoꝛtun⁹ ꝙ gemĩet p· vt ſit ibi poſitio· ſed hoc mihi nõ placet· imo eſt litera ꝑ̃ma naturaliter lõga cũ in ſuo verbo opoꝛtet ſit nat̃aliter breuis

O pos d̃r inciſio vel cauerna vel coꝛtex Itẽ opos· i· viſio

O ppãdo dis di· ex ob et pãdo dis· vid̃ ĩ pãdo dis

O ppedo dis in pedo dis vide

O ppello lis oppuli pulſũ oppellere· i· vndiqꝫ vl' cõtra pellẽ· ex ob & pello lis cõponit̃

O ppeto tis in peto tis vide

O ppidan⁹ ab oppidũ dicit̃ oppidan⁹ na num· i· caſtellan⁹· i oppido manẽs· & ꝓd̃ da

O ppido aduerbiũ id ẽ valde & dicit̃ ab oppidum

O ppidulũ li dimi· ꝑuũ oppidũ

O ppidũ Opis cõponit̃ cum do das & dicit̃ hoc oppidũ di Oppidũ dicit̃ quelibet ciuitas ꝑ̃t romaꝫ & oppidũ dicit̃ caſtꝝ & ꝓprie magnũ caſtꝝ Et d̃r oppidũ quaſi dans opẽ vel opes· ab ope danda· vel ab opib⁹ ibi reponẽdis· qꝛ munitũ ſit ↄtra hoſtes Vel dicit̃ oppidũ ꝑ duo p· ab oppõne muroꝝ ita vult huguitio Et ſic videt̃ velle ꝙ oppidum ſcribi debeat ꝑ vnũ p· ſi cõponat̃ ab opiſ vel opes Si autẽ deſcẽdat ab oppono nis ſcribi debeat ꝑ duo pp· Tamẽ ſcias ꝙ opis vel opes corripit ꝑ̃mã ſed oppidum ꝓducit ꝑ̃mã· vnde lucan⁹ in quarto Eruerẽt nulli uallarẽt oppida muri· vñ videt̃ aliq̃b⁹ ꝙ oppidũ ſemꝑ ſcribat̃ ꝑ geminũ pp

O ppignero ras cõponit̃ ex ob & pignero ras· vide in pignero pigneras

O ppilo oſ cõponit̃ cum pilo las quod eſt ĩ pila tũdere· & dicit̃ oppilo penultia ꝓduc̃a id eſt os obturare obſtruere occludẽ obtũdẽ· & ꝓprie os· q̃ſi pilare os· vnde ꝓpheta Oĩs iniquitas oppilabit os ſuũ Sed ponit̃ ſimpliciter ꝓ obturare ſcd̃ꝫ huguitõem Papias narrãs opinionẽ aliquoꝝ dicit ꝙ obpilo & oppono ſcribũtur ꝑ b Sꝫ poſtea dicit ꝙ ſcribi debeãt ꝑ p· vnde dicit Oppeto oppilat opprobrium oppono ꝑ p· et poſtea ſubdit hec tamen per b· meli⁹ habẽt ꝑ p· vnde ꝑ geminũ p ſcribi debẽt ſm eũ & videt̃ ſm eũ· ꝙ cõponat̃ ex ob et pilo· et mutat̃ ſcd̃m regulas priſtiani b in p

O ppleo ex ob et pleo pleſ quod nõ eſt in vſu· componit̃ oppleo ples oppleui oppletũ id eſt implẽ vel obturare Treñ. Mulier lacrimis opplet os·

O ppono ex ob & pono nis cõponit̃ oppono poniſ oppoſui oppoſitũ id eſt interponere· obijcere· vnd̃ oppoſitus ta tum· & a genitiuo oppoſiti addita o ſit hec oppoſitio tionis

O ppreſſũ iri Iob· xxij· & putabis te tenebras non viſuꝝ & impetu aquaꝝ inundãtiũ nõ oppreſſũ iri id eſt ꝙ non opprimereris· vel ꝙ non opprimend⁹ eſſes impetu aquarũ inundantiũ ¶ Et nota ꝙ quãdo iſte infinitiu⁹ iri ponitur in ſuppletõe verbi impſonalis requirit ante ſe ablatm̃ cũ ꝑ̃poſitõe a vel ab· vt verũ eſt a me amatũ iri· id ẽ verũ eſt ꝙ ego amabo· Sed ſi ponat̃ in ſuppletõe verbi ꝑſonaliſ requirit accuſatm̃ ante ſe· vt verũ eſt me amatũ iri· id eſt verũ eſt ꝙ ego amaboꝛ

O pprobriũ· Probrum cõponit̃ cũ ob et dicit̃ hoc opprobriũ brij ꝑ geminũ p· quia mutatur b in p· ſecũdũ regulas priſ· & hoc etiã vult papias· & dicit̃ opprobriũ vituperiũ dedec⁹ deriſio· vnde hoc opprobriolũ li· dimi. & opprobrioſus ſa ſum· et com

parat᷑· vnde opprobriose sius sime aduerbium ·et hec opprobriositas tatis

Oppugno nas· vide in pugno pugnas

Oppuli oppulisti est p̄teritū de oppello lis

Ops opis· vide in opes

Optatiꝰ tia tiū· vide in optatiuꝰ

Optatiuꝰ ·ab optatꝰ ta tū d̓r optatiꝰ tia tiū· & i terposita u· cōsonāte frequētiꝰ dicit᷑ optatiuꝰ ua uū·i·desideratiuꝰ· vnde hic optatiuꝰ tiui· quidaꝫ modus verbi· qꝛ designat optatōnem ·Et scias ꝙ optatiuꝰ modꝰ habet oīa tpa sed cōiuncta sicut infinitiuꝰ ·scꝫ p̄sens & p̄teritū impfectū cōiuncta· p̄teritum perfectum et plusꝙ̄perfectuꝫ coniuncta futurum habet diuisim·

Optato· ab optatꝰ dicit᷑ optate aduerbiū pro quo inuenit᷑ optato·i·desiderāter· vel eleganter aduer· Est etiā optato mōi impatiui de opto tas

Optimas· ab optimꝰ dicit᷑ hic et hec optimas atis ōnis gn̄is· Et sūt optimates optimi et maiores & honorabiliores in populo Et etiā milites electi dicūt᷑ optimates· & p̄d̓·ma Et ab optimas d̓r optiatim·i·optime honorabilit᷑· & acuit᷑ ī fine optimas·

Raucidus a raucus dicit̃ raucidus da. dum. i. rau
cus. vnde raucidulus la. lum. id est. aliq̃ntulum rau
cus. qui etiam rauculus dicit̃

Raucio a raucus dicitur raucio raucis rausi rau
sum. id est. esse uel fieri raucum. sicut dicit prisci. &
est quarte coniugatõis.

Raucus a rauni. quod est raucitas deriuat̃ raucꝰ
ca. cum. & compatur raucus raucior raucissimus.
vnde rauce cius. cissime. aduerbium. & hec raucitas
tatis. & hec raucedo dinis. id est. vocis amputatio
siue impuritas.

Rauia exponitur in rauilla

Rauilla a raucus. uel rauni dicitur hec rauia rauie
id est. vox rauca. vnde hec rauilla le. i. causidicꝰ. q2
clamãdo efficitur raucus

Rauio a rauia d2 rauio as. i. raucum esse uel fieri
vnde rauiatus ta. tum. id est. raucus. & hec rauia
tio onis. id est. raucitas

Rauni nomẽ indeclinabile. id est. raucitas. & acui
tur in fine.

Rauus a rapio pis. dicitur rauus ua. uum. i. rapax
uel fului coloris. Vnde inuenitur. Lupa raua. & ĩ
vtraqз significatiõe cõuenĩẽter d2 lupa raua. Nã ra
pax est et fului coloris. vnde rauulus la. lum. et ra
uiscellus cella. lum. ambo dimi. & hec raua ue. talis

color uel rapacitas. & rauco ues. ui. i. esse uel fieri
rauum. vñ rauesco scis. inchoatiū. ſm hug. Et pap
dicit. Raua niger color mixtus fuluo. rc.

Realis a reor reris. dicit̃ hec res rei. Prope
quidem res sunt. quas sola extimatiōe &
intellectu comphendimus ut incorporee
Alia uero appellātur corporea. vnde prisci. Corpo
rum seu rez. res etiam dicit̃ qōlibet ens. Est eñ res
vnum de trāscendētibus. Nam quattuor sunt trā
scendentia. Res. ens. vnū. & aliquid. et etiam res
sunt secūdum leges. que in nostro iure cōsistunt a
recte habēdo. vnde hic et hec realis & hoc le. vnd̃
realiter aduer. & hec realitas tatis.

Reatus a reus dicitur hic reatus tus. tui. q̄si rei a
ctus. & accipitur reatus in scriptura multipliciter
scz p culpa. p pena. p obligatōe pene tpalis & eter
ne. Si eñ mortale est obligat nos pene eterne Si ue
niale obligat nos pene tpali. vt dicit magister in se
cūdo sententiaz. ¶ Tamē scias q reatus dicit̃ ſm
quod aliquis est reus pene. Et ideo pprie reat9 ni
hil aliud est q̄ obligatio ad penam. Et quia obliga
tio quodammodo est media inter culpam et penaz.
ex eo q ppter culpam aliquis obligatur ad penam
ideo nomē medij trāsumit̃ ad extrema ut interduz
ipsa culpa uel pena reatus dicatur.

Rebecca interptat̃ patiētia. uel q̄ multū accepit.

Rebellio onis. in rebellis exponitur

Rebellis a re & bellum componit̃ hic et hec rbel
lis et hoc rebelle. vnde hec rebellio onis. & hoc re
bellium in eodem sensu. i. repulsio. uel resistentia
& post factam pacem ad bellum reuersio. belli ite
ratio. & rebello rebellas uerbum neutrum. id ē. resi
stere. repugnare.

Reboo as. reboaui are. i. resonare a re & boo bo
as componit̃. vnde hic reboatus tus. tui.

Recalcitro tras. traui. trare. dicitur repcutere. uel
resistere. retro pedem iacere. sicut faciūt equi qui
pcutiūt trāseūtes iuxta se. & componit̃ a re uel re
tro. et calcitro tras. & cor. ci. naturaliter

Recaluaster. i. retro aliqn̄tulum caluus. & p eod̃
inuenitur recaluus ua. uum.

Recens a reci quod est itez uel retro dicitur hic
& hec & hoc recēs tis. i. nouus. sed recēs nascit̃. no
uum fit. & compatur recēs tior. simus. vnde recen
ter tius. sime. aduerbium. & hec recētia tie. & recē
to tas. i. ad recētiam reducere. & est actiū. Itē a re
cens dicitur recētulus recētula centulum. i. aliqn̄tu
lum recens. & componitur. Perrecens. q̄recens. id
est. ualde recens.

Recenseo ses. in cēseo ses. exponitur

Recensio sis. in cēseo ses. exponitur.

Recensitus ta. tum. in cēseo ses. expōitur

Recenso sis. in cēseo ses. exponitur

Recentulus la. lum. in recens vide

Receptaculum a recipio pis. dicit̃ hoc receptacu
lum li. locus vbi fit alicuius rei receptio

Recepto a recipio recipis recepi receptum ptu. v
m o fit recepto receptas. id est. frequēter recipere.
uel recolligere in domo sua.

Reci. i. itez uel retro grecum est

Recidiuus. Recido componit̃ cum viuus. & dicit̃
recidiuus ua. uum. & rediuiuus ua. uum. i. renoua
tus post casum reparatus. quod nō potest esse nisi
casus pcesserit uel mors. Vnde recidiua arboz sūt
que aliis sectis repullulant. et eadem dicūtur. redi
uiua. quia redeūt ad id quod fuerūt. quasi d̃nuo vi
ua. & a recidiuus dicitur recidiuo uas. penul. pdu
uerbum actiū. i. renouare post casum reparare Itē
recidiuāt illi infirmi qui in cōualescētia sunt. & po
stea cadūt in infirmitatem. vnde secūdum hoc reci
diuare. i. in infirmitatē itez cadē. & pdu. penul. reci
diuus. & recidiuo uas. & rediuiuus

Recido dis. i. iterum uel retro cadere. ex re. & ca
do dis. componitur. & caret sup̄. & cor. ci. Itez re
cido dis. di. recisum. i. retro cedere uel itez uel ex
omi pte cedo. & ɔponitur a re & cedo dis. cidi. &
tūc pdu. ci. vbiq3.

Reciduus dua. duū. i. retro vel itez cadēs a reci
do dis. quod componit a re & cado dis.

Recino nis. recinui recētum. i. itez uel retro canē
uel recitare. & componit̃ a re & cano nis. & cor.
ci. sillabam vbiq3

Recinum a reci dicitur hoc recinū uel reciniū ma
tronale operimētum. quedā scz uestis uel pallium
& dicitur sic quasi reijcinum. quia dimidia pars ei9
retro abiicitur. Idem & a grecis dicitur stola. ul' di
citur a reijcio cis.

Recipio a re & capio pis. componit̃ recipio pis.
cepi. receptū. i. itez uel retro capere. vnd̃ hic rece
ptus ptus. ptui. & cor. ci. recipio.

Reciproco. Proco cas componit̃ cum reci quod
est itez. & dicitur reciproco cas. i. itez petere. iui
cem p se ponere. uel cōuertere. uel reflectere. Vn
de reciprocus ca. cū. i. itez cōuersiuus repetitiuus
Vnde reciproca dicitur cōstructio in qua eadē per
sona itez repetit̃. uel ī qua eadem psona videt̃ agē
& pati. ut ego diligo me. Tu diligis te. petrus dili
git se. & cor. pro

Reclamo ex re & clamo componitur reclamo re
clamas. i. post aliquem uel iterum clamo. ſm hug.
Vel secūdum papiam. Reclamat. recusat. contradi
cit. inficiat̃. & pducit cla.

Reclino reclinas reclinaui nare. componit̃ a re. &
clino clinas. & est reclinare itez clinare. siue iteruz
flectere. uel curuare. & ponitur aliqn̄ simpliciter
pro flectere & appodiare uel deponere. Vnde ī lu
ca. Vulpes foueas habent. & uolucres celi nidos:
filius aūt homis nō habet vbi caput suuz reclinet.
vnde hic et hec reclinis & hoc ne. & reclinus recli
na num. et pducit cli Itē a reclino dicitur hoc recli
natorium torii. locus aptus ad reclinādum. uel id
supra quod reclinamus

Recompēso recōpensas recompēsaui sare. reddē
psoluere. remunerare. uel itez trutinare. equare. Et
compōitur a re et compenso sas. quod est cōpositū
ex con et penso sas.

Recondo ex re et condo componit̃ recōdo dis.
et habet duplex preteritū. scz recōdi et recōdidi. et
duplex supinū. scz recōsum et recōditum. vñ recon
ditus ta tum. et recōsus sa sum.

Reconsus reconsa reconsum. id est. reconditus a
recondo dis. dicitur

Recordor a re et cor. componit̃ recordor daris.
datus. sum. verbū deponētale et cōstruit̃ cū actō
et cum genitiuo tñ differēt̃. qui recordor lectionē
id est firmo uel recito vel narro vel de ea mētionez
facio. sed recordor lectionis. i. memoriter teneo le
ctionem In vtraq3 tamē constructōne inuenit̃ mo
do hūc. modo illum sensum exp̄mere. et dicitur re
cordari. q̄si ea que retro sunt et p̄terita itez ad cor
reducere. ſm hug. Construit̃ etiam cuz ablatio Nā
uerba que ptinent ad recordationē uel obliuionem
regunt genitiuum ex natura trāsitionis. et similiter
cōstruitur cum actō et ablatiuo

Recrastino ex re et crastino nas· cōponitur recra-
stino nas· i· iterū crastinare· uel ꝓlongare· vnde re
crastinans nantis· generis omīs· & cor· sti· vnd hie
ronim⁹ in epistola ad paulinū ca. viii. f. Nisi tu sem
per recrastinans ⁊c·

Rector a rego regis dicitur hic rector rectoris.
& ꝓducit penul genitiui· sed rhetor pro oratore cor·
penultimā genitiui ¶ Et scias ꝙ ut dicit grego· in
xxxiiij· mora· Elatio aliter ꝓpositos· atqꝫ aliter sub
ditos temptat· Prelato nanqꝫ siue rectori in cogi
tationibus suggerit· quia solo vite merito sup cete
ros excreuit Vnde rector intra se dicit Nisi omni
potens deus me de his omnibus meliorē cerneret·
omēs hos sub meo regimīe nō dedisset· eiusqꝫ mētē
mox erigit· viles atqꝫ īutiles eos qui subiecti sunt
ostēdit· ita vt nullum iam quasi dignū respiciet cui
equanimiter loquat̃· vnde et mox mētis tranquilli
tas in iram vertit̃ quia dum cūctos despicit· dum
sensum vitāqꝫ oīm sine moderatōe repꝑhendit. tāto
irrefrenatus se in iracūdiam dilatat· quāto eos qui
sibi cōmissi sunt esse sibimet indignos putat· cun
ctis se existimat āplius sapere quibus se videt am
plius posse. sepe subditi rectoris sui dictis ꝓterue
obuiāt & eādem vocis supbiaꝫ libertatē vocāt· Sic
quippe elatio se quasi rectitudine libertatis obiicit
sicut se sepe timor ꝓ humilitate supponit· Naꝫ sicut
pleriqꝫ reticēt ex timore· & tamē se extimāt tacere
ex humilitate· ita nōnulli loquūtur ꝑ impatientiaꝫ
elationis· & tñ loqui se credūt ꝑ libertatē rectitu
dinis Vide in corripio· et in timor· & in apls· & in
sacerdos· & in obedio· & in seruitus· ¶ Et scias
ꝙ vt dicit phs in v· ethicoꝝ Principatus viꝝ ostē
dit· quia ut dicit grego· in pasto· Quieto mari re
cte nauim et imperitus dirigit· Turbatis autem tē
pestatis fluctibus etiam peritus se nauta cōfundit
Idem in codē Nequaꝙ valet in culmīe humilitatē
discere· q̃ in imis positus nō desinit supbire

Recula le· dimi· ꝑua res·

Recubo bas· in cumbo bis· exponit̃· & cor· cu

Reculco ex re & calco cōponitur· reculco cas· i·
iterum calcare·

Recuso ex re et cuso sas· componitur recuso sas·
id est· refutare· paruipendere· nolle· quasi frequēt̃
cudere· ut fiat re· id est· retro quasi postponatur &
producit cu sillabam

Recuticus ca· cum· a re & cuticus cōponitur recu
ticus ca· cum· idem quod cuticus uel recuticus qui
retrouersam habet pellem virilis mēbri Vnde recu
tici ꝓprie dicūtur iudei· quasi retro hñtes cutem· i·
circūcisi· carēt eñ anteriori pelle virilis mēbri Vn
de persius. Recuticaqꝫ sabbata pelles· & vocauit
sabbata recutica. ꝓpter recuticos· qꝛ ad eos ꝑtinēt
& ea celebrāt· & ꝓdu· hāc sillabam· ti·

Reda a redeo dis· dicitur hec reda de· genus vehi
culi· ad eūdum et redeūduꝫ habilis· & est quattuor
rotaꝝ· Vel potius sic dicitur a rota· quia rotas ha
beat· Vnde antiqui vocabāt illam rotam· & ꝓdu·
re· Sed redeo dis· cor· re· Vnd quidā· Ypodomia
redis victus cum pelope redis

Redamo mas· i· rursum amo· & interponitur d·
causa euphonie· & cor· o·

Redardesco ꝯponit̃ a re et ardesco· & dr̃ redarde
sco scis· interposita d. Vñ ouidius· in li· de remedi
is amoris· Flama redardescit q̃ mō nulla fuit

Redarguo guis· gui· gutum· i· iterum arguo ul' re
prehendo a re et arguo arguis· componit̃· & inter
ponitur d causa euphonie

Redditus ta· tum· ꝑ geminum d· a reddo reddis
Ouidius epi· A iuuene et cupido credatur reddita
virgo Inuenitur etiam reditus per vnum d· de quo
dicam in suo loco

Reddo dis· reddidi ditum· dere· a re et do das cō
ponitur & interponit̃ d cā euphonie·

Reduco reducis ex re & duco ducis cōponitur·
& interponit̃ aliquādo d· aliquādo scribitur ꝑ vnū
d· & tūc cor· re· Vnde dicit pris· in secūdo li· In d
nulla sillaba potest desinere ꝓpositiua· nisi forte se
quens ab eadē incipiat in simplicibus dictionibus·
& in plerisqꝫ sillabicis compositis. ut addo reddo·
redduco· quod etiam reduco ꝑ vnū d· dr̃ Virgili⁹
in iiii· eneid· Amissā classeꝫ socios a morte reducit

Redeo a re & eo cōponitur redeo dis· diui· ul' re
dii· & interponitur d· causa euphonie· & corri· re·
Vide in reditus

Redibeo a re & debeo cōponit̃ redibeo bes· bui·
bitum· bere. i· rursum debere· & cor· di

Rediens redeūtis Vide in eo is it

Redifico redificas caui· care· id est· iterum edifi
care· et componitur a re· & edifico cas. & corripit
fi· & subtrahitur e·

Redigo gis· redegi gere· redactū cōponitur a re
& ago agis· & interponit̃ d causa euphonie· Et est
redigē repꝑsentare· reducere· reuocare· retro ul' ite
rum agere· & corripit di

Redimiculum a redimio mis· & dicitur hoc redi
miculuꝫ culi· monile uel corona uel vitta qua mitra
in capite feminaꝝ alligat̃· Vel redimiculum succin
ctorium est· vel brachiale· quod ꝑ ceruicē descēdēs
& a lateribus colli diuisum. vtrarūqꝫ alaꝝ sin⁹ am
bit· et hincinde succingit· ut ꝯstringens latitudinē
vestis ad corp⁹ cōtrahat & iūgendo cōponat Hoc
vulgo brachile dicitur· quasi brachiale· ꝙuis non
brachioꝝ sed renū sit cingulū

Redimio a re et diadema cōponitur redimio mis
redimiui mitum· mire· quarte cōiugationis· i· coro
nare· ornare· et corripit di vbiqꝫ Vnde ouidi⁹ epi
Bachus amas bachi cōiunx redimita corona Inueni
tur etiam redimo redimis quod componit̃ a re· et
emo emis et corripit similiter di· et est tercie coniu
gationis Vnde uersus Est redimit quarte de se fa
ciens redimire Ac redimo mis. inflectio tercia di
cit· vnde redimitus ta· tum· i· ornatus· coronatus·
sed producit mi· vnde redimitis casus datiui et ab
latiui numeri pluralis ꝓducit penultimā Sed redi
mitis uerbū a redimo redimis cor· mi· Danielis ii·
Tempus redimitis

Redimitus ta· tum· in redimo vide

Redimo a re et emo componit̃ redimo redimis et
interponitur d causa euphonie Et est redimere eri
pere· saluare iteꝝ emere· uel quod suū fuerat retro
emere· et recupare· Qui eñ emit alienū emit, Qui
redimit id redimit ꝓprie quod suū fuit· et suuꝫ esse
desiit Vnde hiesus xp̄s dict⁹ est ꝓprie redemptor
humani generis· quia cum prius suum fuisset illud
amiserat in trāsgressione precepti eius· et corri. di·
sicut dixi in redimio

Reditur a redeo redis penul· ꝓdu· Sed redditur a
reddo dis· corripit di· et gemīat d Vnd ūsus Red
ditur ex reddo: redeo dis· ind reditur Similiter re
dite a redo dis· et prod· di· sed reddite a reddo cor
di et scribitur ꝑ geminū d·

Reditus a redeo dis· dr̃ hic reditus tus· tui· penul
nomīatiui cor· Et signat duo· reditus eñ dicitur id
quod redit· quia singulis annis redeat Vnd ouidi⁹

de sine titulo. Turpi thori reditu cesus augere paternos. Item reditus .i. reuersio. Vnde ouidi9 epi Vela queror reditu uerba carere fide Inuenit etiã redditus ta. tum .p geminũ d. a redo dis. de quo habes in suo loco

Rediuiuus ua. uum .pe᷑ .pdu. in recidiuus est.

Redocreo creas. componit a re et ocreo creas. & interponit d causa euphonie Et est redocreare iterum ocreare.

Redoleo a re & oleo interposita d. dicitur redoleo les. leui. l᷑ lui. redoletũ uel redolitũ .i. bonũ odorem emittere. Et dicitur tãtũ redolere p bono odore Sed olere tm̃ de malo Item redolere accipit trãsitiue. q̃dam trãslatione ut hec dictio redolet significationem illius .i. habet uel retinet. & quasi quodã odore repñtat. vide in oleo oles

Redorso a re & dorsum componit redorso sas. saui sare .i. retro et a posteriori deorsum scindẽ. vnd̃ dr̃ Equus redorsatus est a posteriori.

Reduco cis. aliqñ cor. primã. & tũc scribit p vnũ d. aliqñ pdu. eã. & tũc gemiat d. sicut dixi ĩ reduco p duo d. in suo loco supra

Redũdo ex re & vndo das. cõponit redũdo das daui. dare. Et est redũdare retro vndare. reuertẽ. redire. & interponitur d causa euphonie. & pdu. da. ut redundabis redũdabã dũdare. redũdatus.

Redux cis. cõis generis qui redit. & componitur a re & dux cis. v᷑ deriuat a reduco cis. duxi. & cor du. quia tenet naturã huius pteriti duxi. qd̃ naturaliter corripit du sillabã. sicut ostẽdi in duco ducis & in dico dicis

Refectorium a reficio cis. dicitur hoc refectoriũ ctorii. locus vbi reficiũtur famelici. Itẽ refectoriũ dr̃ loc9 vbi insimul comedũt fratres uel monachi

Refectus cta. ctum .i. repletus. recreatus. releuatus. & a reficio cis. dicit

Refello lis. a re & fallo lis. componit refello lis. refelli refellere .i. repellere. falsificare. & sm̃ vsum caret sup. secundũ autem artem deberet facere refelsum. sicut fallo fefelli falsum. Et ut dicit papias Refellit .i. id est. impugnat. refutat. redarguit. reum

Refertio a re fartio tis. componit refertio cit refertis refersi fersum. fertire .i. replere. quarte cõiugatõis. vnde refertus ta. tum .i. replet9. & referto tas. fre. sm̃ hug. Papias vero dicit. Referta plena. bene farta. obesa. crassa ⁊c.

Refero a re et fero cõponitur refero refers retuli relatũ referre .i. recitare. renũciare. dicere. reportare Vel referre retro uel iterũ ferre. Item referre .i. distare. sm̃ hoc sepe tenetur ĩpsonaliter. ut refert an facias hoc uel illud. Item refert .i. pdest. uel ptinet ad officium uel vtilitatem alicuius. & secũdum hoc semp est impsonale refert. & semp cõstruitur cum genitiuo cuiuslibet casualis. exceptis genitiuis pncipaliũ pnoim cum quib9 nõ construit causa cõcidentie. sed pro illis cõstruit cũ ablatiuis femĩs suorum possessiuorũ. ut refert socratis. uel mea u᷑ tua uel sua. uel illius .i. pdest socrati. uel tibi. uel mihi uel sibi. uel illi Vel ptinet ad officiũ uel vtilitatem socratis. uel meam. uel tuam. uel suam. secũdũ hug Et scias q refert pro distat. produ. primã. Vñ quidam. Stultus siqua refert que sint ea non puto refert. Item prudẽtius Nil refert armis palma cõtingat dolis ue. Et ideo dicũt quidam q hec ppositõ re pducitur in refert impersonali. vel dic q producitur positione

Refertus ta. tum. in refertio tis. vide

Refessus sa. sum. in refiteor teris. vide

Reficio a re et facio cis. cõponit reficio cis. refeci refectũ .i. restituẽ recreare. & cor. fi.

Refiteor a re et fateor componitur refiteor refiteris refessus sum. id est. iterum uel retro fateri. vel negare.

Refocillo las. in focillo las. exponitur.

Refragor a re et fragor garis. quod nõ est ĩ vsu componitur refragor garis. refragatus sum. refragari .i. resistere. vnde hic et hec refragabilis & hoc le. cui potest resisti. vnde refragabiliter aduerbium & hec refragabilitas tatis. & componit refragabilis cum in. & dicitur irrefragabilis gabile .i. inuincibilis. & producit fra

Refrigeo ges. in frigeo ges. vide.

Refrigero ex re & frigero ras. componitur cõfrigero ras. raui. rare .i. releuare. cõsolari. refrigerium dare. vide in frigero ras

Refringo a re & frango gis. componitur refringo refregi refractum refringere. id est. iterum uel retro frangere.

Refugiũ a refugio gis. dicit hoc refugiũ gij .i. auxiliũ. tutela. securitas. adiutoriũ

Refugus refuga refugum penultima corre. dicit a refugio refugis.

Regio a rex gis. dicit hec regio onis. patria regi subiecta. vnde regionarius ria. rium. ad regionem ptinens uel de regione existẽs

Regionarius ria. rium. in regio exponit.

Registrũ a rego gis. dicit hoc registrũ stri. quidã liber de regimine ecclesie scz ex cuius dictis ecclesia regitur. sm̃ hug. Papias dicit Registrum liber qui rerum gestarũ memoriam cõtinet. vnde et dicit quasi rei geste statutio

Regiuncula le. di. pua regio

Regno a rex deriuat hoc regnũ gni. tra & districtus regis. vnde regno gnas .i. regnũ obtinere. & componit corregno nas .i. simul regnare Regno & eius composita neutra sunt et absoluta. q̃uis qñq3 ponant trãsitiue. ut iste regnat hãc terrã .i. regnando obtinet et possidet. vnde inuenit in tercia psona passiuorũ. sm̃ hug. Priscianus uero dicit in li. octauo Apud latinos nomĩa dignitatũ pleraq3 ex uerbis uel nomib9 nascũtur que faciũt uerba ut imperator ab impando Sed rex solũ qd̃ a regẽdo nascitur pepit ex se aliud uerbũ ut regno regnas

Rego gis. rexi ctum. gere .i. gubernare. mĩstrare. sm̃ hug. Papias etiam dicit. Regit corrigit gubernat administrat. Et dicit regere. quasi recte agere. & est ethimologia. vnde rectus cta. ctum. & comparatur. vnde recte recti9 sime. aduer. & rectitudo dinis. Rego componitur arrigo gis .i. sursum u᷑ ualde uel ad aliquid regere. corrigo gis .i. castigare uel emẽdare. dirigo gis .i. in diuersam ptem regere erigo gis .i. ex imo sursum regere. Item rego cõponitur cũ porro quod est longe. & dicitur porrigo gis .i. procul extendere et regere Item rogo cõpõit cum p et dr̃ pergo gis .i. ire. vel compõit a pede. & rego. vnde dicitur pergo quasi pedem rego. sed est ethĩa potius q cõpositio Item rego cõponitur cũ susum uel sursum. & dicitur surgo surgis rexi. surgere. quasi sursum regere Item surgo gis .i. sursum rego Rego et eius composita sunt actĩa. preter pgo & surgo que sunt neutra cũ omibus suis cõpositis Et omĩa faciũt preteritũ in rexi. & supinũ in rectum. & corri. primã rego gis. sed rex regis qd̃ ab eo nascitur pducit re. Vnde uersus Si bene regna

regis es dignus nomīe regis Ratio autē quare rex
regis · ꝓdu, re · licet uerbū rego regis. a quo nascit̄
eam corripiat est. qꝛ tenet naturā huius p̄teriti rexi
quod primā ꝓducit naturaliter · sicut duxi p̄teritū
corripit primam naturaliter sicut vult prisci · vide
in duco ducis · Et ut dicit papi · Reges a regēdo di
cti · nō autē regit qui nō corrigit Recte igit̄ faciē
do regis nomē tenet̄ · peccādo amittitur ·

Regredior ex re & gradior componit̄ regredior
ris · regressus sum · i. redire · retro gradi

Regula a rego gis · dicitur hec regula le · i · norma
viuēdi · quia rectam viam viuendi p̄beat · uel qꝛ ad
recte viuēdum regat. & declinare nō ꝑmittat · Vel
quia quod prauū est et distortū corrigat · et ad re=
ctam viam ducat · Regula est que rem que est bre
uiter enarrat Regula etiā dicit̄ instrumētū edificio
rum. quasi rectula · quia sit recta & impedimētum
nō habeat · vnde hic et hec regularis & hoc re · Et
regulariter aduer · & hec regularitas tatis · & cōpo
nit̄ irregularis re · irregulariter . irregularitas tatis
Vnde uersus de significationibꝰ regule · Regula
p̄ceptum dat normā regula lignū · De septē regulis
ticonij dixi ī fine qu arte ꝑtis · Vide etiā sup̄ ī nota

Regulus li · mas · ge · di · ꝑuus rex etate uel regno . l'
dignitate · & componit̄ surregulus li · i · ꝑuus regu
lus · Item regulus dicit̄ quedā ꝑua auis · sic dicta a
ꝑuitate sui. Item regulus dicitur quidā serpēs scꝫ
basiliscꝰ · rex serpētum · Idem et sibilus dr̄ · quia sibi i
lo occidit anteꝙ̄ mordeat & exurgat · Vn̄ uersus ·
Regulus est serpēs auis · & rex ꝑuulus omnis · vid̄
etiam in basiliscus

Rehabeo ex re & habeo componit̄ rehabeo habes
bui · bitum · rehabere · i · iterū habere · quod iā habui
mus · & habere desiuimus · & cor · ra

Reictus cta · ctum · in reijcio cis · exponit̄ ·

Reiicio ex re & iacio cis · componit̄ reijcio cis · re
ieci reiectū reiicere · i · iterū uel retro iacere · Inde re
iectus cta · ctum · & reiecto ctas · fre · Et scribitur
reiicio p̄ duo i · componit̄ eīm ex re & iacio · & muta
tur a in i · De hoc dixi in iacio cis ·

Reiuuenesco scis · incho · a reiuueneo nes

Relatio onis · a refero refers dicitur · vel a relatus
ta. tum · relati addita o fit hec relatio Et est relatō
rei p̄us cognite iterata cognitio Vel relatō ē ante
late rei secūda rep̄ntatio De relatione diuinarū ꝑso
narum · dixi in ꝓprietas ·

Relatiuū a refero refers dicitur relatiuus ua · uū ·
quod ad aliquid refertur · uel potius quod iterum
fert aliquid ad memoriā · quasi iterū portatiū · Cum
eīm dico · Sortes legit · p̄ hoc nomē sortes · sortē co
gnitioni subijcio. Cum aūt postea subiūgo et ipse
disputat · p̄ illud ꝓnomē ipse sortes refert̄ · i . iterū
fertur ad cognitionē̄ Vnde et illud ꝓnomē ipse dr̄
relatiū · qꝛ sic aliquid referat · Et caret vocatiō nom̄
relatiū Vnde versus · Que querūt que distribuunt
referūtqꝫ negantqꝫ · Infita quoqꝫ casu caruere vo
cante · De relatiuis substātie et accidētis · dixi ī ter
cia ꝑte vbi egi de speciebus nominum in capitulo
de relatiuis

Relatus ta · tum · a refero refers dicit̄ · & ut dicit
papi · Relatū penultīa ꝓdu · i . reportatū · vel ad ali
quid datum uel dictum

Relegatus ta · tum · in relego gas, est

Relego relegas gaui · . cōponitur a re & lego gas
& est relegare · remittere · & relegare est damnare
in exiliū mittere · vnde hec relegatio onis · quoddā
genus damnatōis · cum aliquis ꝓ aliquo cōmisso in
terdicebatur a patria · & p̄uatim videbatur recedē
& sua nō amittebat · & spem habebat reuertendi ·
vnde relegatus ta · tum · sic damnatus · & dr̄ relega
re · sic damnare · quia relegatus semꝑ habebat spem
ut retro legaretur · i · ut reuerteret̄ · Item relego po
test componi a re & lego gis · & tūc declinatur re
lego gis · tercie cōiugatōis · i · iterū uel retro legere ·
& retinet e in p̄senti quod mutatur in aliis cōposi
tis a lego gis in i · sicut dixi in lego legis · & ꝓducit
relego gas · p̄me cōiugatōis le · Sed relego relegis
tercie cōiugatōnis corri · le. Vnde versus · Lector
sic releges vitiū. quod ab arte releges Quisqꝫ rele
gatus sua cum remeabit habebit ·

Relego gis · legi · penul · cor · vide in relego gas ·

Relido dis · id ē · retro uel iterū ledere a re. et ledo
ledis componitur · et ꝓducit li · Vnde relisus sa · sū ·
id est · retro uel iterū lesus

Religio a religo gas · dicitur hec religio onis · q̄a
nos religet ad dei seruitiū uel cultum · Vel dicitur
religio a relego gis · quia religiosi r̄legūt et tractāt
que dei sunt · uel religio dicitur a rigeo · quia rigida
sit · Et est relegio virtus que superiori nature quā
diuinā vocāt. cultū cerimoniaqꝫ cōfert · et inde re
ligiosus sa · sum . & compatur et componit̄ . irreligi
osus sa · sum · i · nō religiosus quod similiter compa
tur · Et ut dicit papias Religio est appellata · quia p̄
eam religemus vni deo animas nostras ad cultum
diuinū vinculo seruiēdi Beatus autem iacobus sic
dicit Religio mūda et immaculata apud deū & pa
trem hec est · visitare pupillos & viduas in tribula
tione eorū · & immaculatū se custodire in hoc secu
lo Vide in ep̄s & in honoro · Item de statu religio
sorum respectu secularium honorum dixi in ordo
& in presbiter ·

Item de habitu vili uel uestibus religiosorum
dicam in vestio

Relino nis · leui · reletum cōponitur ex re & lino li
nis · & est relinē iterū linere & discoopire scꝫ ab ore
dolii operculū remouē · & fit quādo ē euacuatū · et
cor · li . in supino & in p̄nti & vbiqꝫ

Relinquo a re & linquo quis · compōitur reliquo
relinquis reliqui relictū · i · deserē · & ꝓducit li · reli
qui p̄teritum · Sed reliqui nomē plurale · ꝺ reliquꝰ
qua · quum · cor · penul · vn̄ uersus Sūt homīes reliq̄
memorās quos mente reliqui

Reliqui potest esse nomen uel uerbum · vide in
relinquo ·

Reliquie a relinquo reliquis dicitur he reliquie q̄=
arum · & habet primā breuem secundū donatū · vn
de p̄ vnum l scribi debet · licet aliquādo necessitate
metri addatur vnum l ut prima ꝓducatur Vn̄ vir
gilius in primo eneidū Troas reliquias donaū at
qꝫ immitis achili & est ibi epenthesis · & dicuntur
reliquie ꝑtes residue Item reliquie dicuntur ossa &
vestimenta sanctorum que nobis relinquuntur ut
eorum merita recolentes eos digne veneremur · et
eorū vitam imitemur

Reliquum qui · est quod restat uel supat ꝫm pap ·

Relisus relisa relisum penultima producta · vide ī
relido relidis

Reliteo tes · i · iterū uel retro latere · & cōponitur a
re & lateo · & cor · li ·

Reluctans tātis · i. contra luctans resistens repu
gnās · incertus · hesitans · pendens · & dicitur a relu
ctor reluctaris ·

Remando das · in mādo das · est ·

Rematopeya Peyo componit̄ cum rema quod est

uerbum · & dicitur hec rematopeya peye · id est . ubi cõfirmatio ut in uerbis ficticijs que sunt prolata & inuẽta ꝑ rematopeyam ut tinnit Vnde rematopeyus peya peyum · id est · ad rematopeyam ptinẽs uel prolatum uel fictum ꝑ rematopeyam · & comprehenditur quandoqȝ sub onomatopeya · sicut dixi in onomatopeya

Remedior a remedium dicitur remedior diaris · i · remedium conferre · mederi ·

Remedium Medeor cõponitur cũ re & dr̃ remedeor deris · vñ hoc remediũ dii · medicina q̃ post lapsum succurrit · & hinc remediolũ li · di ·

Rememoratus ta · tum · in memoro vide ·

Remensus sa · sum · in remetior tiris expõitur

Remẽtus ta · tũ · in reminiscor vide ·

Remeo a re & meo meas · cõponitur remeo meas meaui meare · id est · redire retro meare uel iterum

Remetior a re & metior componitur meare remetior tiris · remetitus sum · uel remẽsus sum · remetiri · i · iterum metiri · uel reddẽdo metiri · & ẽ deponẽtale . & ꝓdu · me · Inuenitur tñ in passiua significatione · Vnde in euãgelio luce Eadẽ quippe mẽsura qua mẽsi fueritis remetiet̃ uobis

Remex a remigo gas · dicitur hic remex remigis · qui remum agit · Qz autem dicit̃ remex quasi remi actor potius est ethimologia ꝙ compositio Et formatur genitiuus a nomĩatiuo e mutata in i · & ablata x · & addita gis · Vnde dicit pris · in sexto lib · In x desinẽtia si a uerbis sint in go desinẽtibus ablata x · & addita gis · faciũt genitĩ ut grego grex gis · remigo remex remigis · & etiam mutat̃ e in i corre · Vide etiam in remus

Remigium a remus uel remex dicit̃ hoc remigiuȝ gij · id est · actus uel officium remigis uel remigij · Quidam dicũt ꝙ remigiũ est remoꝝ collectio · Vide etiam in remus ·

Remigo gas · gaui · gare · i · remum agere & dicit̃ a remus · & componitur arremigo gas · i · ad litus remigare · corremigo gas · i · simul uel cum alio remigare · diremigo gas · i · diuersis modis uel in diũsas ptes uel dissonãter remigare Qz autem dicitur remigo quasi remum ago . potius videt̃ eẽ ethia ꝙ cõpositio · & cor . illam sillabã mi ·

Reminiscor Memor componitur cum re et dicit̃ reminiscor sceris · i · recordari . ad memoriã reducere recolere · & caret supinis & suppletione preteriti · qz caret pticipio p̃teriti temporis · & hoc veꝝ ẽ secũdum vsum . Nam ẜm artem deberet facere remẽtum · & remẽtus · Vnde dicit pris . in li · x · A reminiscor supinum uel pticipium preteriti uel futuri in vsu nõ inueni · ꝙuis ratio quoqȝ rementum quomõ cõmentum exigat dici

Remissus sa · sum · in remitto expõitur

Remis indeclinabile q̃dam ciuitas · vnde hic et hec remẽsis et hoc se · patrium ·

Remitto a re & mitto cõponitur remitto tis · i · retro uel iterum mittere · uel dimittere & cõdonare · uel dissoluere · uel lenire · nõ ex toto intẽdere Vnde remissus sa · sum · quod retro mittitur · uel quod nõ ex toto intenditur sed parumper lenit̃ · vnde et q̃dam aduer · dicitur remissiuũ quod designat remissionem alicuius rei · secũduȝ huguitionẽ · Pap · uero dicit Remissus fessus benignus simplex indulgens dimissus ·

Remora a remoror raris · dicitur hec remora re · i · mora · impedimẽtum · Vñ liui9 Qz nã nox gressui meo remorã facit · & cor · mo ·

Remoramẽ minis · neutri ge · i · mora uel impedimentum · et ꝓprie gressuum . & dicitur a remoror · & ꝓducit ra Vnde ouidius methamor · quarto Remoramina que ipsam nocebãt

Remultum a remus dicitur hoc remultum ti · funis quo nauis deligata trahitur vice remi · vnde remulto tas · id est · remulto nauem trahere . uel nauem remulto ad litus ducere

Remus a remoueo nes · dicitur hic remus mi · q̃a remoueat & cõcutiat fluctus · vnde hic remulus li · di · & remillus li · idem · Remus cõponit̃ hic biremis nauis que habet ordines duoꝝ remoꝝ · & hic triremis · quadriremis · quinquiremis · uel pentiremis · hexaremis · a penta quod est quinqȝ · et hexa · quod ẽ sex · et remus · i · nauis que habet tres uel quattuor uel quinqȝ uel sex ordines remoꝝ · Inueniũtur auteȝ oĩa hec adiectiẽ & mobiliter declinata scȝ hic et hec biremis & hoc me · ⁊c̃ · secũdum hug · Et ponũt isti uersus ĩ grecismo · Est remex ducens · est remex ductus in amne · At vbi remoꝝ collectio remigiuȝ sit vide in triremis

Ren a riuus dicitur hic ren renis · secũdum varronem · qz a renibus riui obsceni & cenosi humoris deriuãtur · Nam vene et medulle tenuiter liquoreȝ desudant in renibus · qui liquor rursus a renibus calore venereo resolutus decurrit ad genitalia Et aliter dicitur hic rien nis · idem quod ren uel porcell9 . uel rien dicitur quoddã intestinũ · & interpretat̃ fluẽs et tũc deriuatur a verbo greco scȝ reo quod ẽ fluo · & formatur genitiuus de ren uel rien · a nomĩatio addita is · ut hic ren hui9 rẽis · & hic riẽ hui9 rienis

Renale a ren hoc renale huius renalis · zona circa renes · & hic et hec renalis et hoc renale · ad renes pertinens ·

Renitens renitẽtis in nitens exponit̃ ·

Renitor teris · in nitor teris · exponit̃ ·

Reno renonis vestis de pellibus Sũt eñ renones secũdum isidoꝝ · uelamĩa humeroꝝ & pectoris de pellibus villosis vsqȝ ad vmbilicum Et dicit̃ sic nõ a renib9 · sed a rheno germanie fluuio vbi his maxime vtuntur Renones etiam vulgo dicuntur repti · qz longitudine villoꝝ quasi reptãt ·

Renũculus a ren dicitur hic renũculus li · di · pu9 ren · uel renũculi dicuntur intestina quedã renibus adherentia · et sunt rotunda ad modum testiculoꝝ et sunt comestibilia

Renuo is . in nuo nuis est ·

Renus reni · in rodanus exponitur

Reor reris ratus su m · in ratus exponit̃

Repagulũ a r̃pãdo dis · dr̃ hoc repagulũ li · i · obex q̃d impedimẽtum exponit̃ · qz claudat et pãdat iter vt sera · et corri · gu ·

Repando dis · di · repãdere · i · recuruare · vel claudere · uel recludere · et facit supinuȝ in sum ꝑ geminum s . repassum · secũdum prisci · et huguicioneȝ Inuenitur etiam repãsum n p̃cedente s · & compõitur ex re et pando

Repandus a re & pandus · componitur repãdus da · dum · i · recuruus · quod acutum est cum illud retundit̃ repãdum est · secũdum hug · Papias vero dicit repandũ · recur uũ . reparatũ · repãsum

Reparo ras · in paro ras · exponitur ·

Repatrio trias · are · ad patriã remeare · et componitur a re et patria ·

Repedito tas · in repedo das · est ·

Repedo das · daui · pedare · componitur a re et pes et dicitur repedare · retro pedem dare · remeare · vñ

equus dicitur repedare · cum retro pedem iacit et
percutit Vnde uersus Retro pedē iaciēs. repedat
repedatq; reuertēs · Inuenitur etiā repedo repedis
& tūc ꝓducit pe. sicut pedo pedis · Vnde quidam
A pedo dic repedo sed dat tibi pedo repedo · Et a
repedo dicitur repedito repeditas penultima cor-
repta uerbum frequētatiū ·

Repedo dis · in pedo pedis vide · & repedo das.

Repello pellis · repuli · repulsum cōponitur ex re
& pello pellis · & est repellere · retro pellere · Et sci
as ꝙ repello vbiq; habet vnum p. vnde primā cor ·
ut repuli repulsum · tamē autores geminant p · in ter
cia persona p̄teriti · ut faciāt primam lōgam · Vnde
lucanus · Reppulit a libicis imēsum sirtibus equor
Sed ouidius in prima persona recte corripit dicēs
Queq; feros repuli doctis medicāibus ignes

Rependo a re & pendo pendis componitur repē
do rependis repēdi pendere · i. reddere · remunerare

Reperio a re & pario paris cōponitur reperio re
peris repperi repertum · Et scias ꝙ repimus vltro
occurrētia · Inuenimus quesita · Vel reperire est sci
re de re perdita vbi sit. Inuenire autem est rem poi
tam rehabere · secūdum hug · In grecismo autem di
citur Quesita inuenio · reperis quod sors parat vl
tro · Et ut dicit pris · in x · libro Reperio duplicauit
p in preterito · quippe diminuta vna sillaba i reperio
repperi · simile est preteritū a comperio comperi ·
Item nota ꝙ reperio in his que veniūt a p̄senti nō
geminat p Vnde primā cor · sed in preterito gemiat
p · & sic ꝓducit re · ut repperi · Supinū uero p vnū
p · scribitur · & primam cor. ut repertum · Regū q̄r
to capitulo decimooctauo Eo ꝙ minime repereris ·
& debet ibi p vnum p scribi

Repertor toris · i. autor · inuētor · s̄m pap ·

Repertum est supinū de reperio peris ·

Repetēdus in repetūdus expōitur

Repetitio in coloribus est in quarta pte

Repetūdus a repeto tis · deriuat̄ repetēdus tēda
dūm · secūdum modernos. & secūdum antiquos re
petūdus da · dum · vnde repetūde darum · dicuntur
pecunie repetite · Siquidem mos erat rome · ꝙ si q̄s
deposuisset pecuniā alicui nec posset eam rehabere
veniebat ad pretorem · pretor uero mandabat debi
tori · & constituēs terminū quēdam precipiebat ut
infra terminū illum pecuniā profiteretur & redde
ret · & tūc poterāt dici petūde darū · Si uero debi
tor in termīo nō ꝓfiteretur. iterum depositor ve-
niens ad pretorem pecuniam repetebat · & tūc dice
bātur repetunde darum Tūc vero debitor clamāte
p̄tore reus erat repetūdarū Vnde salusti · Post pau
lo catilina pecuniarum repetū darum reus Item cō
suetudo erat antiquitus rome ꝙ legatus reipubli
ce acciperet pro se & pro suis victualia de commu
ni vbicūq; esset · sed nō vltra ꝙ deberet Finito po
stea termino illius · cum alius legatus eadem debēt
fungi legatione · secum ducebat legatum preteriti
anni · et licebat cuilibet infra quadragita dies que
rimoniam facere de eo ꝙ pecuniam vltra ꝙ debēt
accepisset · & pecuniam repetere superflue acce
ptam. & talis pecunia sic repetita dicebatur repe
tunde darum. & tunc si ille non posset se excusare ·
reus erat repetundarum · & cogebat̄ eas reddē

Repilo las · i · iterum pilare · & dicitur a re & pila
& producit pi ·

Repingo repingis a re et pango pāgis quod est
coniungere vel impellere. componitur repingo re
pingis repegi repactum repactu · id est. iterum vel
retro impellere · Potest etiam repingo componi a
re · & pingo gis · Et est repingo iterū pingo

Repo repis repsi reptum repere · id est · latenter
intrare · vel ventre & pedibus ire · ut faciunt serpē
tes et pisces · & componitur cum in · & dicitur irre
po irrepis · id est · intro repere · Item obrepo obre
pis · id est · vndiq; uel contra repere · surrepo surre
pis · id est · subtus parum uel latēter vel post repe
re · Repo et eius composita snnt neutra · & faciunt
preteritum in psi · et supinum in ptū · et producūt
hanc sillabam re Vnde ouidius epi · Sed mouet ob
repens somnus anile caput ·

Repofocilium repofocilii id quod tegit ignem in
nocte · uel quod retro ignē ponitur · q̄si ciliū foci ·
super quod a posteriori parte foci ligna ponuntur
quod vulgo lar dicitur · & cōponitur a repono · et
focus et cilium ·

Repperi p̄teritū in reperio exponitur

Reppulit tercie p̄sone in repello lis · vide

Reptile a repo repis · dicitur hic et hec reptilis et
hoc reptile · Vnde reptiliter aduerbium · Item a re
po repis reptum reptu v · in o · repto reptas fre
quētatiuum · vnde reptito reptitas aliud frequēta
tiuum · & corripit penultimam reptilis · Vnde ī au
rora dicitur · Reptile subiicitur cum prestās eis fa
mulatum Et scias ꝙ reptilium quedam genera sūt
terrestria · quedam aquatica · Dicitur eñ reptile qd
se rapit · Hoc autem cōtingit multipliciter · Quod
dam eñ rapit se virtute costarum ut serpentes · qd
dam vi quorūdam anulorum · vt animal anulosum
quoddam vi oris · ut quidam vermes qui ore ter-
re affixo totum corpus post se trahunt · quoddam
uero est quod in vi pennularum quarūdam se mo
uet vt piscis · Et vniuersaliter omne animal videt̄
reptile dici · cuius corpus a terra non multum eleua
tur per instrumenta motus · Et ut dicunt quidam ·
reptilia proprie suut aquarum · repentia uero terre
Ista tamē proprietas nō semper obseruat̄ Vid etiā
in serpens ·

Repudium · Podium componitur cum re · & dici
tur hoc repudium repudii · vel repudium componi
tur a re & pes pedis · id est repulsio . uel scriptum
repulsionis · quod sub testimonio testium presenti
uel absenti mittitur · & inde repudio repudias · id ē
repellere · refutare · secūdum huguitionem · vel repu
dium dicitur discidium · diuorcium · repulsio mulie
ris a viro · vel a re et pes (ut dictū est) cōponitur
repudium quasi repedium · Cum enim repudiatur
mulier. tunc repedat · id est reuertitur ad suos · vel
componitur repudium a repello repellis · & edes
quod est domus · vnde repudium · quasi repelledium
id est. repulsio ab ede

Reppuli p̄me p̄sone · vide in repello lis ·

Repullulo las · in pullulo las · vide

Repulsum sup · in repello lis · exponit̄

Repulsus a repello repellis repellē dicitur repul
sus repulsa repulsum · id est · retro pulsus · fugatus
eiectus · et hec repulsa repulse · id est · repulsio. iniu
ria · qua repellunenr homines ab honoris petitōne ·

Requietus ta · tum · in quieo quies · expōitur

Requiro ris · in quero ris · exponitur ·

Res rei · in realis exponitur · Res cōponitur cum
publica · et dicitur hec respublica · genitiuo hui9 rei
publice · Sed potest queri · An sicut fit ista compo
sitio respublica possit fieri hec compositō mulieral
ba · Ad hoc dico ꝙ omīs compositio immutat et cō
moditatem habet alioquī est inutilis et nō tenēda

Dico ergo ꝙ ideo respublica est vna compositio .
ut aliquid immutet. Naȝ quando res publica sunt
due partes idē est res publica quod res notoria et
manifesta. Cum autem est vna dictio cōposita . id
est respublica quod commune. Hec mutatio nō cō
tingeret in mulieralba. quia siue esset vna dictio si
ue non semper fieret suppositio pro muliere alba.
& sic qꝛ nulla est vtilitas in tali cōpositione. nullo
mō est facienda

Resecro resecras a re & sacro componitur. vide
in sacro sacras

Reses a resideo des. dꝛ hꝭ & hec resides dis. i. pigeꝛ
quasi retro morās. & coꝛ. si.

Resilio lis. in salio lis. exponitur.

Resina resine penultia producta dicitur lacrima
sudore liquoris exalata. lignoꝝ scȝ ut cerasi. lentisci
balsami. et aliarum arborum vel virgultorum q̄ su
dore probantur

Resipio pis. in sapio pis. exponitur

Resipisco scis. in sapio pis. exponit̄

Resisto stis. in sisto stis. exponitur.

Resolutoriciniū a resoluo uis. dicitur resolutorici
nium ricinij. id est. acus pectoralis scȝ firmaculum
quo camisia super pectus firmatur. uel quo palliū
astringitur. uel instrumentum quo crines discernū
tur. & tunc componitur a resoluo & cincinnus qđ
est capillus. Marcialis in gerula resolutoricinioqȝ
flamarum instar. Quidam tamen legūt pro duabꝰ
partibus scȝ resoluto & ricinio. & est ricinio idem
quod dicimus esse resoluto ricinio. quod q̄uis ve
rum sit. tamen pro vna parte melius legitur resolu
toricinio. si qs cōsideret copulatōis vim & ordinē

Respecto a respicio cis. spexi. spectum. spectu. v
in o. fit respecto ctas. verbum fre. id est. sepe uel
freqnenter respicio

Responsorium in responsum vide.

Responsum a responso responsas quod est freqn
tatiuum de respōdeo respondes dicitur hoc respō
sum respōsi. & hoc respōsorium respōsorii. Sed re
sponsum quod datur. Respōsorium uerbum ul' ver
sus qui sepe iteratur. Et dicitur sic. quia vno desi
nente id alter respōdeat. vel respōsiuus responsiua
responsiuū. & respōsorius reepōsoria respōsorium.
¶ Hic nota ꝙ sicut dicit origenes supeꝛ illud luce
secūdo. Inuenerūt illum in templo sedētem in me
dio doctorum audientem illos & interrogātem In
uenitur in medio preceptorum ihesus nō eos docēs
sed interrogās. ut nos doceret. quid pueris q̄uis sa
pientes et eruditi sint cōueniret. ut audiant potius
magistros q̄ docere desiderēt. ne vana ostētatione
id sese iactent. Interrogabat inq̄ magistros. nō ut
aliquid addisceret. sed ut interrogās erudiret. Ex
vno quippe doctrine fonte manat. & interrogare.
& respōdere sapiēter. & eiusdeȝ sciētie est scire qđ
interroges quid ue respōdeas.

Respublica in res exponitur

Respuo ex re et spuo componit̄ respuo is. spui.
sputum. spuere. i. iterum uel retro spuere. uel recu
sare. renuere. vilipendere.

Restauro ras. in stauro ras. est

Resticula a restis dicitur hec resticula resticule di
minutiū. Vnde resticularius resticularia rium. qui
facit resticulas. uel ad eas pertinēs. Resticule etiaȝ
sunt quas succinctoria uel redimicula & ꝓprie bra
chiatoria appellare possumus

Restinguo guis. in stinguo guis. vide

Restio a restis dicitur hic restio onis. qui facit ul'
vendit restes.

Restis a rete dicitur hec restis huius restis. id est
funis uel quod fit ex funibus ad aliquid trahendū
& dicuntur restes. quia his retia tendūtur. uel quia
rates contineant.

Restitit. id est. repente ul' retro stetit. abnegauit
contradixit. recusauit. Nam deriuatur a resto vel
resisto. Resisto autem et resto restiti faciūt sicut cō
sto. et cōsisto constiti. psisto et persto perstiti. Et
corripit sti. secūdum papiam

Restituo ex re & statuo componitur restituo is.
Et est restituo retro uel iterum statuo. vnde resti
tuere importat redditioneȝ illius rei que iniuste ab
lata est. ¶ Hic potest queri An teneatur semp re
stituere ille qui accepit rem alienam. Ad hoc dico
ꝙ circa illum qui rem alienam accepit duo sunt cō
sideranda scilicȝ ipsa res accepta. et ipsa acceptio
Ratione autem rei tenetur eā restituere q̄diu apd
se eam habet. quia quod habet vltra id quod suum
est debet sibi subtrahi & dare ei cui deest secūdum
formam cōmutatiue iusticie. Sed ipsa acceptio rei
aliene potest tripliciter se habere. Quādoqȝ em̄ est
iniuriosa scȝ cōtra uolūtatem existēs eius qui ē rei
dominus. ut patet in furto. et in rapina. & tunc te
netur ad restitutionem. nō soluȝ ratione rei. sȝ etiā
ratione iniuriose acceptionis. etiam si res apd ipsū
nō remaneat. Sicut em̄ qui pcutit aliquem tenetur
recompēsare iniuriam passo. q̄muis nihil apud ipm
maneat. ita etiam qui furatur vel rapit tenetur ad
recompensationem damni illati. etiam si nihil inde
habeat. et vlterius ꝓ iniuria illa puniri debet. Alio
modo aliquis accipit rem alterius in vtilitatē suaȝ
absqȝ iniuria cum volūtate scȝ eius cuius res est. sic
patet in mutuis. et tūc ille qui accepit tenet̄. ad re
stitutionem eius quod accepit. non solum ratione
rei. sed etiam ratione acceptionis Etiam si rem ami
serit. tenetur eam recōpensare ei qui gratiam fecit.
quod non fieret si per hoc damnuȝ īcurrēt. Tercō
modo aliquis accipit rem alterius absqȝ iniuria. n̄
pro sua vtilitate sicut patet in depositis. et ideo il
le qui sic accepit in nullo tenetur ratione acceptio
nis. quinimo in accipiēdo impendit obsequiuȝ. Te
netur autem ratione rei. & ꝓpter hoc si ei subtraha
tur res absqȝ sua culpa. nō tenetur ad restitutionē
Secus autem esset si cum aliqua sui culpa rem de
positam amitteret. Vide in satisfactio. & in elemo
sina. et in emo. et in furor

Resulto tas. in salio lis. exponit̄

Rete a retineo nes dicitur hoc rete retis. qꝛ retine
at pisces uel aues. et facit ablatiuus ī i. reti. olim ta
men faciebat in e rete. Vnde ouidius in quinto fa
storum. Cur tibi pro libitis claudūtur rete leones
Rete dixit pro reti. & dicunt̄ retia q̄si retinentia a
retineo. & nō aspirat̄ rete.

Retento tas. in tēto tas. exponitur

Retiaculum retiaculi dicitur a retineo retines.
& dicuntur retiacula in modum retis facta. & est
retiaculum sicut et reticulum diminutiuū a rete scȝ
paruum rete. & reticulum etiam dicitur paruum
intestinum tenue. vel quasi reticulatum quod ope
rit vitalia

Retiarius retiaria retiarium. id est. ad rete ptinēs
uel decipiens. uel quia retia facit. et dicit̄ a rete. &
accipit t. sonū de c.

Reticula a rete dicit̄ hec reticula le. di. paruū re
te uel mitra virginalis capitis

Reticulum in retiaculum exponitur.

Retineo nes retinui retētū retinere. i. iterū tenere conseruare. Et cōponit' a re & teneo tenes. & cor. ti. Facetus. Queritur euētu socius. tn̄ arte tenetur Res breuis est queri. sed retinere labor.

Retio retis retiui retire dicitur a rete. & est retire reti capere. & componitur irretio irretis. id est. illaqueare. impedire. & est actiuum cum suis compositis. & ꝓducit re.

Retiolum a rete d'r hoc retiolum li. illud qd̄ colligit comas sic dictum. q2 quasi puū rete est. Vl' q2 retinet crines ne effundātur

Retorsus retorsa retorsū. in retortus retorta retortum exponitur.

Retortus retorta retortum uel retorsus retorsa. retorsum. quod idem est dicitur a retorqueo retorques retorsi. & retorsum. uel retortum. & dicitur retortus iterum cruciatus. uel retro. uel iterum flexus. vel iterum volutus. sicut filum bis filatum. vl' retortus. i. iterū missus. sic iaculum quod iterū mittitur in hostes

Retracto ctas. in tracto ctas. exponitur

Retrimētum a retineo retines dicitur hoc retinaculū. & hoc retrimētum retrimenti. quasi retinumētum. Retrimēta sunt ea loca in quibus digerūtur stercora. vel que retinent capita venarum quibus laxantur vincula. quibus retrimēta vsq3 ad digestionis oportunitatē cōtinentur. & iterū musculi ex quibus nascunt' retrimētorum meatus

Retro aduerbiū loci. & componit' cum de. & dicitur deretro. & corripit re naturaliter Vnde in aurora dicitur Deretro despiciat aīo quecūq3 relīqt. vide in deretro. & cor re naturaliter.

Retrogrador retrogradaris retrogradari. id est. retro ire. gradi retro. Et componitur a retro. & gr̄ado gradas. & corripit gra. & inde retrogradus retrograda retrogradum. id est. retroiens. uel retrogradiēs. ut cācer dicitur retrogradus. Et planeta est quādoq3 retrogradus. quādoq3 est processiuus quādoq3 stationarius. Et mulus vitiosus. similiter quādoq3 est retrograd9. quādoq3 processiu9. quādoq3 stationarius

Retuli est preteritum de refero. et scribitur p geminum t. sicut repperit et reppulit ī tercia persona geminat p. Tamē horum supina corripiūt primam sc3 repulsum. relatum. repertum. & etiam eorum presentia. ut repello. refero. reperio. & corripit tu retuli.

Retudi. penul. cor. in tūdo dis. est

Retundo in tundo dis. exponitur.

Retūsus sa. sum. in tūdo dis. vide

Retusus retusa retusum. in tundo tundis vide. & ꝓducit tu.

Reu. id est. radix.

Reubarbarū Reu quod est radix. componitur cū barbarum vel pontus. & dicitur reubarbarum siue hoc reuponticum. illud quod est trās danubiū in solo barbaro. & hoc circa pontum colligitur sic dictum. quasi radix barbara. uel quasi radix pontica.

Reuelo las. ex re & velo las. cōponitur. & scribit' p vnum l. vide etiam in velo las.

Reuerens. a reuereor reuereris. dicitur reuerens reuerētis generis omnis participium. & potest eē nomē. & tunc comparatur. vnde hec reuerētia reuerentie. & per compositionem irreuerens. id est. nō reuerens. inuerecūdus. & comparat'. Vn̄ hec irreuerentia tie. & cor. ve. in predictis.

Reuereor reris. ueritus sum. in vereor expōitur.

Reueritus ta. tum. in vereor vide. & cor. ri

Reuerso reuersas. id est. retro uersare. a re & uerso versas.

Reuertor a re & vertor teris. cōponitur reuertor teris. reuersus sū. reuerti. i. retro vertere uel redire. quod antiqui dicebāt reuerto tis.

Reuiuisco scis. in viuo viuis exponitur.

Reuiuo uis. uixi. ex re & viuo viuis componitur & ꝓducit vi. & est reuiuere iterū viuere.

Reuma A remus dicitur hoc reuma tis. i. tempestuosa maris inundatio. vel ille feruor aque qui fit ex remorū agitatōe Reuma etiā est eruptio uel feruor humorū. q̄ ducun' t' vel a capite uel ab alio membro. vnde hoc reumatisma reumatismatis. i. fluxus abundantis aque uel humoris corrupti.

Reumatisma tis. in reuma exponitur

Reumatizo zas. zaui. zare. i. reuma pati uel emittē & deriuatur a reuma

Reuolutilis a reuoluo uis. dicit' hic & hec reuolubilis & hoc le. & reuolutilis le. penul. corre. in eodem sensu. August. de ciuitate dei. Mūdi reuolutilis ortus eisdem circūitibus inserite

na differũt ab intellectu & sciẽtia & sapiẽtia que
sũt naturalitᷣ in aĩa. Intellectꝰ vͦo & sciẽtia q̃ dicũ
tur dona spũssancti. sũt virtutes q̃ ꝑ gratiã infun
duntᷣ mentibꝰ fideliũ. vt ꝑ eas recte viuãt. Illa vͦo
homo naturaliter habet ex bñficio creatõnis a deo
tm̃. Per has aũt virtutes q̃ dicuntᷣ spũssancti do
na illa naturalia reformantᷣ atq; adiuuantᷣ. ut vͦbi
gratia. Intellectꝰ naturalis peccato obtenebratur
ꝑ virtutẽ vero quandã & gratiã q̃ dicitᷣ spũs intel
ligẽtie reformatᷣ atq; iuuatᷣ ad intelligendũ. ita &
ꝑ illã virtutẽ q̃ dicitᷣ spũs sapiẽtie iuuatᷣ atq; erigi
tur mentis ratio ad ↄtemplatõez & delectationẽ
eterne veritatis. ¶ Et scias ꝙ ꝑturbatio nõ cadit
in sapientẽ. quia ꝑturbari dicitᷣ ex toto turbari. &
hoc est qñ turbatio ꝑtis inferioris ad supiorẽ ꝑue
nit vt eiꝰ ordo turbetᷣ. & hoc nõ est in aliquo sapi
ente. nec in xp̃o fuit. & hoc ꝓbat Seneca triplicitᷣ
ꝙ ꝑturbatio nõ cadit in sapientẽ. Primo sic fortius
nõ ꝑturbatᷣ a debiliori. sꝫ virtꝰ est fortior malicia.
ergo ab ea nõ ꝑturbatᷣ. nec a virtute. qꝛ virtꝰ ñ est
virtuti ↄtraria. ergo nullomõ. Scd̃o sic. nullꝰ ꝑtur
batᷣ nisi de eo ꝙ bonũ suũ ꝑdit vľ minuit sꝫ sapiẽs
nõ ꝑdit bona sua. nec ei possũt auferri q̃ sũt bona
anime. qꝛ bona corꝑis nõ reputat sua. ergo nõ per
turbatᷣ. Tercio sic. qꝛ fortuna nichil eripit nisi qḋ
dedit. sꝫ nõ dedit virtutẽ ergo ipam auferre ñ pt̃
Vide in passio. De dei sapientia dixi in p̄scio. De
sapiẽtia sanctoꝝ dixi in sanctꝰ. ¶ Qualiter aũt sa
pientia debeat & possit appeti sine peccato. dicam
in sciẽtia. In vltimo ecclesiastici dicitᷣ. Danti michi
sapientiã dabo gloriã. Itẽ in septimo ca. eccľ. Vtili
or est sapiẽtia cũ diuitijs & magis ꝓdest videtibꝰ
solẽ. sicut vͦo ꝓtegit sapiẽtia. sic protegit pecunia.
hoc aũt habet plꝰ eruditio & sapiẽtia. qꝛ vitã tri
buũt possessori suo. q̃si dicat vtrũq; ꝓdest. sꝫ plus
sapiẽtia. qꝛ spũalis est. & vitã tribuit spũalem. etiã
sine pecunia. ¶ Et scias ꝙ beatꝰ iacobꝰ describit
sic sapientiã. Que aũt inq̃t de sursum est sapiẽtia.
primũ quidẽ pudica ẽ. i. pudicicie effectiua. deinde
pacifica. modesta. suadibilis. bonis ↄsentiẽs. plena
misericordia. & fructibus bonis nõ diiudicãs. sine

simulatione. Talis sapiẽtia nõ est in damnatis. Vñ
in ecclesiastes. ix. dr̃. Qd̃cunq; potest manꝰ tua fa
cere instanter oꝑare. qꝛ nec opꝰ. nec ratio. nec sciẽ
tia. nec sapientia erũt apud inferos quo tu ꝓperas
q̃si dicat instantᷣ oꝑare dũ tempꝰ habes in vita. s.
ista quidq̃d boni potes. qꝛ apud inferos nõ erunt
id est. nõ tibi post mortẽ valebũt. vel nõ reperien
tur. nec opꝰ. i. tempꝰ aliq̃d boni oꝑandi. vel pñiã
agẽdi. nec ratio allegãdi vel excusãdi. nec scientia
euadẽdi. vel fugiẽdi. p̄cibꝰ vel p̄cio. sagacitate. po
tentia agilitate. qꝛ neq; ab oriẽte. neq; ab occidẽte
neq; a desertis montibꝰ fuga patet. qꝛ deꝰ iudex est
& qꝛ vbiq; est Nec sapiẽtia deũ ↄtemplãdi ex quo
maxĩe affligentᷣ. vt dixi ĩ pena Vide etiã ĩ defũctꝰ

Sapinꝰ. A sapio pis. dicitᷣ hĩ sapinꝰ pini. quedam
species abietis. qꝛ sapiat pinũ. in ligno & in folijs
& in fructu. Vnde hoc sapinetũ ti. locus vbi sapi
ni crescũt.

Sapio pis. sapui. vel sapiui. sapere. itũ. & habet
p̄teritũ atq; supinũ ad modũ quarte ↄiugatõis. &
signat duo. Sapere. i. habere saporẽ. vt iste cibꝰ be
ne sapit. & est absolutũ. scd̃m hoc. Inuenitᷣ tñ con
structũ cũ actõ. vľ qꝛ tũc ꝑ accusatiuũ designatur
causa. Et ponitᷣ ꝓ ablatiuo. vt iste cibꝰ sapit sapo
rem. i. sapore. Vel qꝛ in eo intelligitᷣ verbũ qḋ exi
git accusatiuũ. vt iste cibꝰ sapit carnes asininas. i.
saporẽ rep̄sentat. vel imitatᷣ vľ similat illas. Itẽ sa
pere. i. habere sapiẽtiam. & hec significatio tracta
est ex p̄ma. Sicut ꝑ saporẽ cibos discernimꝰ. sic ꝑ
sapientiã res. Et sicut gustꝰ aptꝰ est ad discretõez
saporis ciboꝝ. sic & sapiẽtia ad discernẽdas causas
reꝝ. A sapio deriuatᷣ sapidꝰ da. dũ. i. saporẽ habẽs
sapori datꝰ. Et cõparatᷣ sapidior dissimus. Vñ hec
sapiditas tatis. Sapio cõponitᷣ desipio pis. i. deli
rare. seorsũ a sapore esse. vľ facere neq̃tare. Vñ de
sipisco scis. inchoatiuũ. Resipio pis. i. redire ad sa
pere. ꝓprie ille resipit q̃ penitẽs forefacti redit ad
satisfactõez. & ad sapere qḋ dimiserat forefaciẽdo
Vñ resipisco scis. inchoatiuũ. Sapio & eiꝰ cõposi
ta neutra sũt. & corripiũt hãc sillabam si. & sa. sim
plex. & cõposita mutãt a simplicis in i. scd̃m hug.
Vnde ꝓsper. Nõ ꝓdest quidq̃ꝫ recte sapuisse ma
lignis. ¶ Hic attende ꝙ sapio facit p̄teritũ sapui.
vľ sapij. vľ sapiui. & habet sapitũ penultima ꝓdu.
ad modũ quarte ↄiugatõis. & formatᷣ ab hoc p̄teri
to sapiui ui in tũ. Facit etiã sapitũ penultima cor
repta. inq̃tum descẽdit ab hoc p̄terito sapui. vide
in tercia ꝑte in tractatu vbi egi de p̄teritis tercie
ↄiugatõis desinentiũ in pio.

Sapo ponis. mas. ge. quedam ↄfectio muliebris.
& dicitᷣ a sapio pis.

Sapor A sapio pis. dicitᷣ hĩ sapor poris. Vñ sapo
rus ra rũ. & saporo ras. id est. saporatũ facere. &
est actiuũ. Sapor cõponitᷣ saporifer ra. rũ. penuľ.
correpta saporẽ ferẽs. & corripit sa. virgiliꝰ. Cor
pora curamꝰ fessꝰ sapor irrigat artꝰ.

Saporo ras. in sapor vide. & ꝓdu. po.

Sara re. fuit vxor abraam. vide in saray.

Saraballa. Saraballum li. & saraballa loꝝ. lingua
chaldaica vocantᷣ crura hoim vel tibie. vñ et brace
quibꝰ hec teguntᷣ. dicuntᷣ pluraliter hec saraballa.
quasi tibiales et crurales. Vnde in quarto capitľo
danielis dicitᷣ ꝙ saraballa eoꝝ nõ fuissent immuta
ta. Saraballa vero dixerũt. aquila et theodocion
non vt corrupte legitᷣ apud quosdã. i. sarabara. et
sũt sarabara laxa et sinuosa vestimẽta. vel capitum
tegimina qualia videmꝰ in capitibꝰ magoꝝ picta

& sūt sarabara ꝓprie partoꝝ· & est hoc nomen tra
ctum a saraballis q̄ laxa & sinuosa sunt· vel a sare
qđ est laxare· Vñ saritꝰ rita· ritū· i· laxatꝰ & destru
ctus· & ꝓducit saraballa penultimā positione· nā
scribit̄ per geminum l·

Sarabara· in saraballa exponit̄·

Saracenꝰ. A sara dicit̄ saracenꝰ na· nū· Sarace-
ni dicti sūt· vel qꝛ ex sara se genitos ꝓhibent· cum
nō sit veꝝ· Et ita dicunt̄ saraceni q̄si sarageni· i· ex
sara geniti· & est ethimologia· et scribit̄ ꝑ vnum r
sicut et sara· Vel sicut gentiles aiūt· qꝛ ex origine
siroꝝ sint q̄si siriceni· Ipsi sūt et ismaelite· qꝛ ipi sc̄
ex ismaele· Ipsi cedar a filio ismaelis· Ipsi agareni
ab agar· qꝛ vt dicimꝰ ꝑuerso noīe saraceni vocant̄
qꝛ ex sara se esse genitos gloriant̄ · q̄uis ex ancilla
sint· Vnde dicit glosa sup̄ illud esaie· xxi· ca· Onus
in arabia· Arabes inq̄t sunt saraceni ab ismaele· et
cedar filio eiꝰ· q̄ meliꝰ a matre sua agareni· sed ma
luerūt vocari saraceni· q̄si sare libere· nō agar ancil
le sint filij· Vnde saracenicus ca· cū· Et saracenizo
zas· id est· more saracenoꝝ se habere. Et saracenia
nie. id est· multitudo et societas saracenoꝝ vel ri
tus eorum vel regio ipsorum·

Saray interp̄tat̄ princeps mea· Cū esset tm̄ vniꝰ
domꝰ materfamilias· postea causa noīs immutata
ablata ꝺ fine noīs y lr̄a dicit̄ sara· i· princeps· Oīm
quippe gentiū futura erat p̄nceps· sicut & dominꝰ
pollicitꝰ fuerat abraam· Geñ· xvij· Dixit quoqꝫ de
us ad abraam· Saray vxorē tuā nō vocabis saray
sed sarā & benedicā ei· & ex illa dabo tibi filiū cui
benedicturꝰ sum· eritqꝫ ī nationes & reges popu
lorum orient̄ ex eo·

Sarcia cie· in sarcos est·

Sarcimē A sarcio cis· dicit̄ hoc sarcimē minis· Et
hoc sarcimentū· Et hec sarcina ne· & ꝓducit ci· sar

Sarcina· A sarcos qđ est caro dicit̄ cinen·
hec sarcina ne· onꝰ vel pondꝰ· ꝓprie qđ ex carne fit
Caro vero pondꝰ facit· & hinc qđlibet pondꝰ dici
tur sarcina· Vel a sarciēdis rebus insimul· Vñ hec
sarcinula· Et hec sarciūcula le· ambo dimi· Et sarci
no nas· i· onerare· & componit̄ Cōsarcino nas· De
sarcino nas· i· deonerare· Exarcino nas· idē· Insar-
cino nas· i· intꝰ vel valde sarcinare· Resarcio nas·
id est· deonerare vel iteꝝ sarcinare· vel retro sarci
nare· & est sarcino sarcinas actiuū cum oībus suis
cōpositis· & corripit ci· Vñ vindocinēsis· Sarcia
dedecoris damno p̄ponderat omis· ꝛc̄·

Sarcio cis· sarsi sartū· Et scđm antiquos inuenit̄
sarciui· sarcitū· id est· suere· Vnde sartores dicunt̄
sutores· vel vestiū reparatores Qꝛ aūt dicit̄ sarcio
quasi setis porcoꝝ filo insertis suo ethimologia est
Sarcio cōponit̄· Cōsarcio cis· Dissarcio cis· Resar
cio cis· i· dissuere· vel iteꝝ sarcire & reficere· Et
est actiuū sarcio cū oībꝰ suis cōpositis· Et facit p̄
teritū in si· & supinū in sartū· Licet q̄nqꝫ inuenia
tur sarciui· & sarcitū·

Sarcitector· A sarcio & tectū· cōponit̄ h̄ sarci-
tectꝰ cti· Et h̄ sarcitector ctoris· qui tecta sarcit
qꝛ ex multis hinc inde ꝯiunctis tabellis vnū tecti
faciūt corpꝰ· Idē & tignariꝰ· quia tectoria tignis
inducit· Et hoc sartatectū· i· restauratio tectoruꝫ
vel temploꝝ· Vel tributū qđ colligit̄ ad restauran
da tecta temploꝝ· vnde legit̄ in quarto li· regū· xij
ca· Et instaurēt sartatecta tēpli· Et scias ꝙ papi·
& hug· scribūt ꝑ ci sarcitector· a sarcio & tectū· sꝫ
cōmuniter habet̄ ī libro regū sartatectū Et tūc cō
ponit̄ a sarcio cis· sartū & tectū· & tenet naturaꝫ
huiꝰ supini sartū· Et scđm hoc sartatector· a sarti
posset dici per t·

Sarcofagꝰ· A sarcos qđ est caro· & fagin qđ est co
medere· dicit̄ h̄ sarcofagꝰ fagi· penl'tima correpta
quidā lapis· qꝛ corpa defunctoꝝ ī eo condita absu
munt̄ infra· xl· dies· Vnde & qđlibet sepulcꝝ vl' ar
ca in q̄ ponit̄ mortuꝰ dicit̄ sarcofagꝰ· qꝛ in eo car-
nes mortuoꝝ ꝯsumunt̄· Idē dicit̄ sarofagꝰ· a saros
qđ est arca· & fagin·

Sarcos vel sarcian grece· latine dicit̄ caro· vnde
dicit̄ sarcia· i· sup̄fluū carnis incrementū quo vltra
modum corpora saginant̄·

Sarcosmicꝰ ca· cū· i· irrisoriꝰ· vel hostilis· vl' ama
rus· & dicit̄ a sarcosmos·

Sarcosmos· quidā tropꝰ· vide ī quarta p̄te ī ca.
de tropis·

SArculū· A sario ris· qđ est purgare· circūfodē·
herbas nociuas euellere· dicit̄ hoc sarculū li· vl' h̄
sarculꝰ culi· instrumentū faciēdi hoc· Esaie· vij· Et
oīs mōtes q̄ in sarculo sarient̄· Et hinc sarculo las
sarculis aptare· purgare· sicut miliū & hmōi· Et ē
sarculū neutri gn̄is scđm ouidiū· vñ ipe dicit in· xi·
metamorfo· Sarculaqꝫ rastriqꝫ graues longiqꝫ
ligones· Itē sarculū idē est qđ sarpa·

Sardina· A sarra· qđ lingua siria dicit̄ quidaꝫ pi
scis. deriuat̄ hec sarda de· Et hec sardina ne qđdā
genꝰ pisciculoꝝ· Et hinc hec sardinia nie· quedā in
sula iuxta quā multū abundāt sardine pisciculi· vel
qꝛ sardꝰ de hercule ꝓcreatꝰ cū magna multitudie
a libia ꝓfectꝰ· sardiniā occupauit· & ex suo nomi
ne insule nomē imposuit· Et inde sardinius nia niū
& h̄ & hec sardiniēsis· & hoc se· Et sardꝰ da· dū
de sardinia·

Sardinia· & corsica· insule ꝑuo freto decem mili-
aribꝰ diuidūtur· vñ sardiniēsis se· vide in sardina·

Sardis· A sarda pisce· dicit̄ hec sardis· huius sar
dis· quedā ciuitas vel insula· Vnde horatiꝰ· in epi·
Quid cresi regia sardis· Etiā inuenit̄ in plurali· he sar
des· sardiū. sardibꝰ· sardis in accusatiuo ꝓ eodem
loco· Vñ sardicꝰ ca. cū· & sardo das· i· intelligere·
qꝛ hoīes illiꝰ loci sb̄tiles sūt ad intelligendū·

Sardiꝰ· A sardinia insula· dicit̄ h̄ sardiꝰ dij· q̄daꝫ
lapis p̄ciosus & rubeꝰ· marmoribus p̄stans· & int̄
gemmas vilissimꝰ· & dicit̄ sic· qꝛ prius sit reptus
a sardis·

Sardo· das· in sardis vide

Sardona a sardinia insula dicitur hec sardona ne·
vel sardonia nie· quedā herba amarissima· de cuiꝰ
flore fit mel amarissimū· Et ē similis apiastro que
ora hominū sic dolore & amarore ꝯtrahit· ut quasi
ridētes intereāt· & abūdat in sardinia· Vnde sardo
nius nia. niū· Et sardonꝰ na· nū· Virgilius· Immo
ego sardonijs videor tibi amarior herbis·

Sardonicus· in sardonix est·

Sardonix· Sardiꝰ cōponit̄ cū onix· & d̄r h̄ sardo
nix nicis· quedā gemma· qꝛ habeat colorē vtriusqꝫ
illaꝝ gemmaꝝ· vel ex onice & sardio· Persius· Et
natalicia tandē cū sardonice albꝰ· Vñ sardonicus
ca cū· penultima correpta· i· ad sardonicē p̄tinens·
vel ex sardonice existēs· Inuenit̄ etiā in iob. xxviij·
h̄ sardonicꝰ sustātiue vbi dicit̄· Nō ꝯferet̄ tinctis
indie coloribꝰ· nō lapide sardonico p̄ciosissimo vel
saphiro· Vbi dicit glo· Sardonicꝰ terre rubre simi
litudinē tenet· Saphirꝰ aereā tenet speciē· Per sar
donicū ergo hoīes vel patres veteris testamenti·
terrena quidē sectantes· Per saphiꝝ noui testamē
ti p̄dicatores celestia sola querētes· vel angeli acci

piunẽ. Et vt dicit glosa q̄si in fine apocalipsis sup
illud. quintꝰ sardonix. ꝛc. Sardonix inferiꝰ niger.
in medio candidꝰ. supius rubeꝰ. i. sancti in passiõe
rubei. interius cādidi. sꝫ ibi ꝑpt̄ hũilitatẽ despecti.
Sardꝰ da. dũ. in sardina est.
Sarepta te. erat vrbs modica int̄ tyrũ & sidonẽ
Et etiā silua iuxta vrbẽ illā sarepta dicebat̃. sicut
dicit̃ in historijs. Et inde sareptanꝰ na. num. ad sa
reptā ptinens. vel de sarepta existens.
Saricus ca. cũ. in saraballa est.
Sario ris. riui. ritũ. in sarculum exponit̃.
Sarmata. Ab arma dicit̃ h̄ & hec sarmata sarma
te. quidā populꝰ. q2 sarmate patentibꝰ campis ar
mati equitabāt p2iusq̄ eos lentulꝰ danubiꝰ ꝓhibe
ret. Et ideo ob studiũ armoꝝ sarmate dicte sunt
quasi semp arma tenẽtes. vl' quasi scientes arma te
nere. Vñ sarmaticꝰ ca. cũ. & corripit penultimam
sarmata. Vñ lucanꝰ in primo. Et qui te laxis imi-
tantur sarmata bracis.
Sarmaticus. in sarmata est.
Sarmentũ A sario ris. vel a sarpo pis. d2 hoc sar
mentũ ti. quasi sarimentũ. q2 purgat̃ & p̄cidit̃. Vl'
sarmentũ dicit̃ a sero ris. q̄si serimentũ. q2 seritur
Vñ sarmentinꝰ na nũ. & sarmentosus sa sũ. & sar
mento tas. i. sarmẽta vitium colligere amputata.
vel amputare ea. vel sarmẽta facere. ƀm hug. Papi
as sic dicit. Sarmita. purgamẽta. arboꝝ putamina.
Vñ quidā. Pampinꝰ est foliũ vitis ramusculꝰ hu
ius Palmes. sarmentũ ramꝰ p̄cisus ab ea.
Sarpa A sario ris. dicit̃ hec sarpa pe. idẽ qd̄ sar-
culũ. qd̄ & sirpa pe inuenit̃. Et a sarpa dicit̃ sarpo
pis. psi. ptũ. sarpere. i. aliq̄d sarpis euellere. vl' her
bas sarire. vel extirpare. vel eligere.
Sartago. A sarcos qd̄ est caro. & ago gis cõpo
nit̃ hec sartago ginis. penultima ꝓducta. i. patella
olla enea. q2 in ea caro agitat̃. Vel sartago ginis.
dicit̃ a strepitu soni qñ ardet ĩ ea oleũ. & ponit̃ ꝓ
garrulitate. tracta metaphoꝛa a strepitu eius ad
multiloquiũ garrulitatis. Itẽ q̄nq3 ponit̃ ꝓ aridi
tate. q2 sartago arida est. & in ea arescũt oĩa. Sic
& loq̄la quoꝛundā arida est. & sine suco & hũoꝛe
sapiẽtie. Persiꝰ. Vñ hec sartago loquẽdi venerat
in linguas. & inde sartaginꝰ nea. neũ. de sartagĩe
existẽs. vel ad eā ptinens. vel in ea coctꝰ. & sarta
ginosus sa. sũ. idẽ. vl' sartaginibꝰ plenꝰ & abũdās
Sartatectũ cti. in sarcitectoꝛ exponit̃.
Sartoꝛ A sarcio cis. si. tũ. tu. v. in oꝛ. fit h̄ sartoꝛ
toꝛis. & inde oꝛ. in rix. fit hec sartrix cis. i. sutrix.
vl' mulier q̄ sartit. Q2 aũt dicit̃ sartoꝛ q̄si setis poꝛ
coꝛũ filo insertis suat. et h̄ia est.
Sartoꝛiũ A sarcio dicit̃ hoc sartoꝛiũ toꝛij. locus
vbi vestes sarciunt̃. q̄ & hoc sarcinũ dicit̃. Vñ hic
sartoꝛiꝰ q̄ vestes sarcit. Et sartoꝛiꝰ ria riũ.
Sartrix tricis. in sartoꝛ est.
Sat aduerbium p apocopā fit a satis. & ponit̃ lo
co nois. vt sat est. i. sufficit. secundũ papiā.
Satago A sat vl' satis & ago cõponitur satago
gis. sategi. verbũ neu. & caret sup. ƀm vsũ & est
satagere satis agere. ꝓcurare festinare. oĩa page
re. & corripit ta. vnde i thobia dicit̃. Amplexꝰ sa
tagit ingemmare pater.
Sategi p̄teritũ de satago. & ꝓducit te
Satelles. A satisfacio dicit̃ h̄ satelles litis. mister
crudelitatis & sceleꝝ. & miles tirāni & malefacto
rũ. sociꝰ latronũ. domesticꝰ siue fautoꝛ nõ bonus
ad satisfaciendũ. & tũc satelles dicit̃ q̄si satis ledẽs
vel destruẽs. & est eth̄ia. Itẽ satelles dicit̃ q̄ adhe
ret alteri ad eiꝰ custodiā. & tũc deriuat̃ ab alt̃. vl' a
latꝰ lateris. q2 adheret alteri iuxta latus ad eiꝰ cu
stodiā. & tũc dicit̃ satelles. q̄si satis tuens latꝰ. q2
tuet̃ & defẽdit illũ cui assistit. Quilibet tñ miles
potest dici satelles. & corri. penl'. gti. sed penult.
nti positõne ꝓducit̃. Vnde horatiꝰ in decimo epi.
Interea patruis vultu merẽte satelles.
Satellitiũ. A satelles dicit̃ hoc satellitiũ cij. offi
ciũ vel exerciciũ. vel stipendiũ satellitis. Vñ etiam
cuiuslibet artis. & cuiuslibet officij suũ est satelli
ciũ non tantũ militie.
Sathanas. in latino sonat aduersariꝰ. vl' ꝯtrarius
siue trāsgressoꝛ. Aduersariꝰ v̓o est. q2 veritatis ini
micꝰ est. & semp sanctoꝝ virtutibꝰ ꝯtraire nitit̃.
Vñ petrꝰ volẽs domino ꝯtradicere meruit audire
ab eo. Math. xvi. Vade retro me sathana. i. seque
re me q2 tu es ꝯtrariꝰ volũtati mee. Sꝫ math. quar
to dicit dñs dyabolo. Vade sathana. & non dixit
retro me. Et est sensꝰ. O sathana. i. virtutis aduer
sarie. & iniq̄tatis p̄suasoꝛ. vade in ignẽ eternũ. sub
audi nõ retro me. quia non potes me sequi. cũ sis
obstinatꝰ in malicia Ipse etiā est transgressoꝛ. q2 p̄
uaricatoꝛ effectꝰ in veritate qua ꝯditꝰ est non ste
tit. & corripit penultimã sathanas. & nõ acuit̃ in
fine. vide in angelus. & in vbi.
Satietas A satis vel satio tias. dicit̃ hec satietas
tatis Satietas diũso & vario gñe spectaculoꝝ cõ
tingit. Saturitas v̓o ciboꝝ tm̃. Itẽ satietas ex vno
cibo dici potest. q2 satis sit. Sed saturitas ex vario
alimentoꝝ apparatu. vide in saturo
Satio A satis d2 satio as. satiaui. are. atũ. satiatu
q2 qd̄ satis est satiat. Vnde hic & hec satiabilis &
hoc le Et satiabilit̃ aduerbiũ. & hec satiabilitas ta
tis. Et p cõpositõez insatiabilis le. Insatiabilite2 Et
hec insatiabilitas tatis Satio cõponit̃ Resatio as.
Et est actiuũ cũ suis cõpositis. & corr̃. sa. Vnde
quidā Vno me satio. saturãt me fercula multa.
Satio onis. fe. ge. d2 q̄si seminis actio. vl' quasi sa
toꝝ actio. scd̄m papiā. Eccl'. xl. ca. dicit̃ Gratiā &
speciẽ desiderabit oculꝰ. i. gratiosā speciẽ artificia
liũ. et sup hoc virides sationes. i. sata virẽtia. quasi
diceret pulcrioꝛa sunt opa nature q̄ artis Et põt
foꝛmari ab hoc genitiuo sati addita o. Vel deriuat̃
a sero seris seui satum tu. v in i. & addita o. fit hec
satio sationis
Satira A satura qd̄ est lanx dicit̃ hec satira tire
carmẽ rep̄hensoꝛiũ. vl' rep̄hensio coꝛrectoꝛia. quia
ad hoc rep̄hendit vt coꝛrigat. & dicit̃ sic. q2 sicut
satura erat repleta diuersis generibꝰ ferculoꝝ. sic
& satira plena est diũsis generibꝰ vitioꝝ Vel sati
ra dicit̃ a satiris deis nemoꝝ. ꝓpter quasdā ꝓprieta
tes tā satire q̄ satiris ꝯuenientes Sũt v̓o satiri le
ues ludificãtes. derisoꝛes. saltoꝛes. Simılit̃ & sati
ra Et hinc est q̄ satiri quãdoq3 ponunt̃ pro satira.
quãdoq3 ꝓ satiricis. Et a satira dicit̃ satiricꝰ ca cũ.
id est. satiraꝝ descriptoꝛ vel rep̄hensoꝛ Et corr̃. pe
nultimā satirus & satira
Satiricꝰ ca cum penul'. corr̃. exponit̃ in satira
Satirꝰ A satur dicit̃ hic satirꝰ ri penul'. corr̃. Sa
tiri sũt homũciones dicti ab vncis naribꝰ habẽtes
coꝛnua in frontibꝰ. & capraꝝ pedibꝰ similes. q̄lem
in solitudine sãctꝰ anthoniꝰ vidit. qui etiā interro
gatus a dei seruo. respondisse fert̃ dicẽs Moꝛtalis
ego sũ. vnꝰ ex accolis heremi. quos varia delusa er
roꝛe gentilitas faunos satirosq3 colit Dicunt̃ q̄dẽ
& siluestres homines. quos nõnulli faunos satiros
q3 vocant. sicut dicit ysid̄. xj. eth̄iaꝝ. Et dicuntur

satiri a saturitate· qꝫ lasciui & luxuriosi ferunt᷑·

Satis aduerbiū qualitatis· sꝫ ponit᷑ q̄nqꝫ ꝓ sufficiens· Vñ lucan⁹· Tu satis ad vires romana ī carmina dādas· & inde p apocopā sat·

Satisdare ꝓfert᷑ scđm vsū· acuto accētu in penl'· licet sit breuis· vt dixi ī secūda pte vbi egi de impedimētis accētus· & ca· de impedimēto vsus·

Satisfactio· A satis & facio dicit᷑ hec satisfactio onis· Et est satisfactio ps penitētie· Nā ptes tres sūt penitētie· s· ɔtritio· ɔfessio· satisfactio· Cōsistit aūt satisfactio in trib⁹· s· in oratōe· ieiunio· & ī elemosina. Vt iste ternari⁹ ɔtra illū nephariū dyaboli ternariū opponat᷑· Oratio ɔtra supbiā· Ieiuniū ɔtra carnis ɔcupiscentiā· Elemosina cōtra auariciā· Vel sic· Oīe peccatū vl' in deū cōmittim⁹· & ɔtra hoc ordinat᷑ oratio· Vel in ꝓximū· & ɔtra hoc ordinat᷑ elemosina· Vel in nosipos· & cōtra hoc ordinat᷑ ieiuniū· Satisfactio aūt scđm aug· est peccatoꝝ cās excidere· & eoꝝ suggestionib⁹ aditū nō indulgere Et vt dicit crisostom⁹· Qualis ꝓcessit offēsio· tal' debet sequi recōciliatio· ¶ Potest h̄ queri de illo q̄ subuertit semina ī cāpo ꝓiecta· Itē de illo q̄ detinet pecuniā creditoris vltra terminū p̄fixum· ex q̄ ille poterat lucrari· q̄liter debeat restituere & satisfacere· Ad hoc pōt dici ꝙ ille q̄ suffodit semīa non tenet᷑ ad tm̄ q̄tum agri fruct⁹ valituri erant· sed quantū ager sic seminat⁹ valere ɔsueuit· qꝫ m'ltis ō causis potest impediri agroꝝ fruct⁹· Et simili dicendū est de eo cui debitū nō restituit᷑ suo tēpore· qꝫ nō tenet᷑ restituere tm̄ q̄tum lucrari potuissꝫ· sꝫ scđm extimatōez lucri qđ accidere ɔsueuit pēsato labore & infortunijs· etiā & q̄ in lucro alias accidere possent· qđ lucꝝ nō causat᷑ tm̄ ex pecunia· sed & ex industria & labore· Vide ī elemosina· Item ō restitutōe fame ablate habes in fama Itē de restitutione dixi in restituo· ¶ Ad declaratōez p̄dictoꝝ nota· ꝙ quicūqꝫ damnificat aliquē videt᷑ ei auferre id ī quo ipm̄ damnificat· Damnū em̄ ōꝫ ex eo ꝙ aliq̄s min⁹ habet q̄ debet habere· scđm phm̄ quīto ethicoꝝ· Et ideo hō tenet᷑ ad restitutōez ei⁹ ī quo aliquē damnificauit· Sꝫ aliq̄s damnificat᷑ dupliciter· Vno modo qꝫ aufert᷑ ei id qđ actu habebat· & tale damnū semp est restituendū· ꝫm recōpensatōem eq̄lis· puta vt si aliq̄s damnificat aliquē diruēs domum ei⁹ tenet᷑ ad tm̄ q̄tum valet dom⁹· Alio mō damnificat aliq̄s aliquē impediēdo ne adipiscatur qđ erat ī via habēdi· Et tale damnū nō oportꝫ recōpensari ex equo· qꝫ min⁹ est habere aliqd ī virtute q̄ in actu· Qui aūt est ī via adipiscēdi aliquid· habet illud solū ꝫm virtutē vl' potentiā· Et ideo si redderet᷑ ei ut haberet hoc ī actu· restitueret᷑ ei qđ ablatū est nō simplū· sꝫ multiplicatū qđ non est de necessitate restitutōis· tenet᷑ tñ aliquā recōpensationē facere· scđm ɔditionē psonaꝝ & negociorum· Vt aūt notū est ille etiam qui sparsit semē in agro nondū habet messē in actu· sꝫ solū ī v̉tute· Et similiter ille qui habet pecuniā nondū habet lucrum in actu sꝫ solū virtute· & vtrūqꝫ potest multipliciter impediri·

Sati⁹· i· melius· aduerbiū cōparandi· & dicit᷑ a satis Vñ dicit p̄s· in tractatu aduerbioꝝ Sati⁹ pro meli⁹· Vñ aug⁹· Satius est mori fame q̄ vesci ydolatico· & scribit᷑ p t· qđ accipit sonū de c· Quidam legūt ibi sauti⁹ p v· sꝫ male & corrupte·

Satrapa A satis deriuat᷑ hec satrapa pe penult᷑· correpta· Et dicunt᷑ satrape sapiētes iudices· vl' reges· siue duces· & p̄fecti psaꝝ· Et dicunt᷑ satrape q̄si satis sapiētes vel potētes Vñ in p̄mo regū· vicesimonono Satrapis nō places·

Satū ti· gen⁹ est mēsure iuxta morē ꝓuintie palestine· vnū dimidiū modiū capiēs· cui⁹ nomē ex hebreo ꝫmone tractū est· Satū vero apud eos noīat᷑ sūptio· vl' eleuatio· eo ꝙ qui metit᷑ eandē mensuraꝫ sumat vel leuet· Et est aliud satū· mēsura sextariorum vigintiduoꝝ capax q̄si modi⁹· In· xviij· Geñ· dicit᷑· Accelera tria sata farine simile cōmisce· & fac subcinericios panes· Et est etiā satū tu· supinum de sero ris· Et a satu addita s· fit sat⁹ ta· tum· i· seminat⁹· Vñ mathei· xij· Abijt ih̄s sabbato p sata· Et marci scđo· Cū sabbato ambularꝫ p sata· id est seminata· & corr̄· sa· Vnde dicit p̄s· in · x· li· In omī supino vel pticipio p̄teriti tpis ꝓducit᷑ a penult᷑· Exceptis statū· datū· satū· & ratū· Itē satū ī cōpositione mutat a in i· correptā· vt insitū & consitum Et scđm p̄s· recti⁹ debuit esse setū Sꝫ qꝫ setū aliđ signabat· causa differētie dicit᷑ satū

Satur ra rū· in saturo ras vide·

Satira A satur dicit᷑ hec satura re· quidā disc⁹· quedam lanx q̄ in sacrificijs deoꝝ diūsis ferculis referta sup altar̄e ponebat᷑· vñ sacerdotes saturabant᷑·

Saturcia A satur dicit᷑ hec saturcia cie· quedam herba calida & ꝓprie ignita· Vñ & sic dicit᷑· qꝫ faciat ꝓnos in venerem·

Saturnalia· saturni sacrificia· pluralit᷑ declinatur hec saturnalia· hoꝝ lioꝝ· vl' saturnaliū· His & abhis saturnalib⁹ Vide in tercia pte vbi agit᷑ de datiuo plurali scđe declinatōis·

Saturnius nia niū· in saturn⁹ est·

Saturn⁹ A satur & ann⁹ cōponit᷑ h̄ satnus ni· q̄dam de⁹ origo deoꝝ· quasi satur ann⁹· Est em̄ tēpus qđ quasi annis saturat᷑ Vnde & greci eū cronon vocāt· i· temp⁹· Vl' saturn⁹ dicit᷑ a satur· qꝫ ad ipm̄ satio ptineat oīm reꝝ· vnde saturnin⁹ na nū· Et saturni⁹ nia niū· vnde varro· Iā redit & virgo redeunt & satnia regna Et dicunt᷑ saturnia regna· aureū seculū· qđ sub satno rege p̄mū fuisse fingūt

Saturo A satis dicit᷑ saturo ras· raui· ratū· Saturat᷑ quis cibo· Satiat᷑ spectaculo· Itē satiat᷑ q̄s vno cibo· Saturat᷑ diūsis· vnde h̄ & hec saturabilis· & hoc saturabile· vnde & hec saturabilitas tatis· Et cōponit᷑ insaturabilis· insaturabilitas· liter· Item a saturo dicit᷑ satur⁹ ra rum· i· saturat⁹· vnde hec saturitas tatis· Saturo cōponit᷑· Cōsaturo ras· Resaturo ras· Et est actiuū saturo cū oībus suis cōpositis· & corripit hāc sillabā tu. vnde ouidius in· xj· epl'a· s· Ipse geraꝫ saturatas mirifice vestes· Et lucan⁹· Satuꝝ cū obsidet hostē· Itē quidam· vno me satio· saturāt me fercula multa·

Sauciatus ta tū· in saucius vide

Saucio cias· sauciaui· are· i· vulnerare. ꝑcutere· vnde sauciat⁹ ta tū· Et p sincopā saucius cia ciū· i· sauciat⁹· Sꝫ sauci⁹ semel· sauciat⁹ sepi⁹· & est saucio actiuū cū oībus suis cōpositis· vl' secūdū quosdam sauci⁹· vulnerat⁹· vl' etate ɔsumpt⁹· quasi sanguine haust⁹·

Saucius cia ciū· in saucio as est·

Saul indeclinabile· vel potest declinari h̄ saul h⁹ saulis· & interp̄tat᷑ petitio· qꝫ popul⁹ israhel petiuit eū regē· & accepit eū nō secundū deū· sꝫ secundum voluntatē suā· & est trissillabū saulis· & ꝓpenul'· saulis· vnde in aurora dicit᷑· Regis cui vitaꝫ ɔcessit mucro saulis·

Saulus hebraice· temptatio vel angustia latine dicit᷑ qꝫ prius in temptatōne ecclesie sit versatus·

ꝑſequebat̃ eñ xp̄ianos· & inde habuit hoc nomen Poſtea mutato nomine de ſaulo factꝰ eſt paulus qd̓ interp̄tat̃ mirabilis· ſiue electꝰ· Mirabilis· quia multa ſigna fecit· vl' qꝛ euāgeliū xp̄i oībus gentibꝰ p̄dicauit· Electꝰ· qꝛ in actibus apoſtoloꝝ dicit ſpirituſſanctꝰ· Segregate michi barnabā & paulum ad opꝰ quo aſſūpſi eos· Latino aūt ſmone paulus a modico dictꝰ eſt· qꝛ humilis fuit & modicꝰ· Vñ & ipſe ad galathas ait· ego ſū minimꝰ apoſtoloꝝ vide in paulus·

Sauma me· dicit̃ onus ſecundum quoſdam· vide etiā in ſagma·

Saxeus xea· xeum· in ſaxum eſt·

Saxifraga. Saxū· cōponit̃ cū frango gis· & dicit̃ ſaxifragus ga· gū· vnde hec ſaxifraga quedā herba dicit̃· qꝛ ſemen eiꝰ petras frangat & comminuat· & corripit fra·

Saxon onis· cōmunis generis dicit̃ a ſaxum· qꝛ ſit duꝝ & validiſſimū genus hoīm· vnde hec ſaxonia nie· regio eoꝝ· vnde hic & hec ſaxonis gentile· & ſaxonꝰ na· nū· & ſaxoniꝰ nia niū· & corripit penultimam ſaxones·

Saxū A ſcindo dis· dicit̃ hoc ſaxū xi· & ſūt ſaxa duriſſima· ſꝫ lapis mollis· & dura petra· & dicunt̃ ſaxa· qꝛ cū difficultate ſcindunt̃ & ſecant̃· vel ſaxa ꝓprie ſciſſa & p̄rupta ſūt· ſicut in montibꝰ· vñ ſaxeus xea xeū· & ſaxoſus ſa ſū· vt hec res eſt ſaxea· i de ſaxo· vl' ꝑtinens ad ſaxū· & iſte locꝰ eſt ſaxeus· id eſt· plenus ſaxis·

Scabellū· A ſcamellū mutata m· in b· dicit̃ hoc ſcabellū li· qd̓ puulis lectulis apponitur· Scamnū qd̓ altioribꝰ· vnde hoc ſcabellū li· diminutiuū. vide in ſuppedaneꝰ·

Scabiecula le· dimi· parua ſcabies

Scabies A ſcabo bis· dicit̃ hec ſcabies ſcabiei· & hec ſcabia bie· & eſt ſcabia ſicut lepra aſperitas cutis· cū pruritu & ſquamoſitate· Sꝫ ſcabies tenuis aſperitas & ſquamoꝝ· vñ & dicit̃ ſcabies q̄ſi ſquamies· & ē et bia· vñ ſcabioſus ſa ſū· i· plenꝰ ſcabie·

Scabiola le· dimi· parua ſcabies·

Scabo bis· ſcabi· bere. bitū· i· gratare· Vñ ſcaber bra brū· & ſcabioſus ſa ſū· & ſcabidꝰ da dū· i· aſꝑ vitioſus· Vnde ſcabidulꝰ la lū· i· aliquātulū ſcabidus· Scabo bis· actiuū eſt cū oībꝰ ſuis cōpoſitis ſiqua habet· & in p̄ſenti hāc ſillabā ſca corripit· ſꝫ in p̄terito eā ꝓducit· Vnde verſꝰ· Preſēs pone ſcabit nō p̄teritū bene ſcabit· Similit̃ ſcabitū ſup̄· corripit bi· ſicut bibitum·

Scabrꝰ A ſcabo bis· dicit̃ ſcabreꝰ brea breū· id ē aſper vel vetuſtꝰ· & etate plenꝰ & decrepitus· Et inde ſcrabeolus la lum· Et hec ſcabritudo dinis· i· aſperitas corpis·

Scabro bronis· veſpe lōgiora crura habentes ſm papiā· Et deriuat̃ ſm quoſdā a ſcaber bra bruꝫ· qd̓ dicit̃ a ſcabo bis· Itē inuenit̃ cabro bronis· & tunc deriuat̃ a cabo· De hoc vide in cabro in c· litera

Scalaria A ſcala dicit̃ hec ſcalaria rie· nauis piratica· qꝛ ibi ſint trāſtra diſpoſita ad modū ſcalariū

Scalaris· in ſcala eſt· in ſcala·

Scala A ſcando dis· dicit̃ hec ſcala le· volunt tñ quidaꝫ dicere he ſcale· haꝝ ſcalaꝝ· ſiue ſit vna ſiue ſint plures· Inuenit̃ & in ſingulari in geneſi vbi dicit̃· Vidit iacob in ſomnis ſcalā· vnde h̓ & hec ſcalaris & hoc re· Et hoc ſcalare ris· lignū ex trāſūſo in ſcala poſitū· qd̓ & hoc interſcalare ris dicit̃· Vñ h̓ & hec intẽſcalaris ris & hoc re· dicit̃ intẽpoſitiuꝰ Vnde verſꝰ interſcalaris dicit̃· q̄ nō ꝯtinue inter

ponit̃ ad modū ſcalariū in ſcala· Et interſcalo las ſcalaria interponere in ſcala· & ſimplicit̃ ponit̃ pro

Scalenos grece· latine dicit̃ interponere·

gradatio· quidē color rhetoricꝰ·

Scalinꝰ ni· nauis· vl' illud ad qd̓ nauis religat̃·

Scalpellum li· Vide in ſcalpꝝ·

Scalpo pis· pſi· ptū· i· gratare· Et eſt ꝓprie ſcalpere cū vno digito vl' duobꝰ caput gratare· Et ē ꝓprie ſimiarū vel luxorioſoꝝ· Scalpo actiuum eſt cū oībus ſuis cōpoſitis ſiqua habet· Et a ſcalptum ſcalptu fit ſcalpto ptas fre· Et ſcalpturio ris medi

Scalpꝝ A ſcalpo pis· dicit̃ hoc ſcal tatiuū

prum pri· Et h̓ ſcalprꝰ· i· ferrū cū quo coriū aptat̃ vel radit̃· vel cultellꝰ vel capulꝰ ſcriptoꝝ· Itē ſcalprum vel ſcalprꝰ dicit̃ qd̓dam ferreū inſtrumentū qd̓ alio nomine dicit̃ celtes· vnde hoc ſcapellū li· Et hic ſcapellꝰ li· dimi· ſm hug̃· Vnde hieremie· xxxvi Scidit illud ſcapello ſcribe·

Scamellum· in ſcamnellum vide·

Scamillū A ſcamellū mutata e· in i· dicit̃ hoc ſcamillum li· diminutiuū·

Scamnellū A ſcamnū dicit̃ hoc ſcamnellū li· di· & ꝑ ſubtractionē n· inuenit̃ hoc ſcamellū li· ſil̓r diminutiū· Vñ hoc ſcamellulū li. aliud dimi·

Scamnū A ſcādo dis· dicit̃ hoc ſcamnū ni· quod altioribꝰ lectulis apponit̃· ſed ſcabellum quod paruulis lectulis apponit̃· Idem dicitur ſuppedaneus & ypodeon a grecis· Et eſt m· de vltima ſillaba in ſcamnum·

Scandalū· Scandalon grece latine dicit̃ ſcādaluꝫ qd̓ nos offenſionē vl' offendiculū· vel ruinā· vl' impactionē pedis dicere poſſumꝰ· vñ ſcandalizo zas id eſt· offendere· vl' ledere· vl' occaſionē ruine dare Et eſt actiuū ita dicit huguitio· Scandalū a qbuſdam ſic deſcribit̃· Scandalū eſt dictū vel factum vel ſignū cuiꝰ occaſione trahit̃ q̄s in ꝯſenſum peccati mortalis· Vel vt dicit gloſa ſup illud mathei· Ve mundo ab ſcandalis· Scandalū eſt dictū vl' factū minꝰ rectū· p̄bens alijs occaſionē ruine· Hic nota ꝙ ut dicit gregoriꝰ in ſeptima omelia ezechielis. Si de veritate ſcandalū ſumit̃· vtiliꝰ ꝑmittitur naſci ſcandalū ꝙ̄ veritas relinquat̃· Et intellige d̓ triplici veritate. ſ· de veritate vite. qꝛ ꝓ nullo ſcādalo debet quis mortalit̃ peccare· Itē de veritate doctrine· qꝛ p̄dicator vl' doctor nō debet falſuꝫ dicere vel p̄dicare ꝓ aliquo ſcandalo· Tacere tñ pōt et debet ſi oīs obſtinati ſūt· ita ꝙ ex doctrina deteriores fiāt· & nullius correctio vel vtilitas inde ſperet̃· Nā ſicut dicit hieronimꝰ in ꝓlogo heſdre· Fruſtra vt ait quidā videt̃ nihil aliud fatigādo niſi odiū q̄rere qꝛ extreme demētie eſt· Itē de veritate iuſticie· qꝛ nec iudex falſā ſñiam. nec teſtis falſū teſtimoniū debet ꝓferre ꝓ aliquo ſcādalo· vñ v̓ſus Scandala nō vitat doctor· iudex· bene viuens· Ita dicit gregoriꝰ in nona omelia ſup ezechielē· Sācti viri in voce libere increpatōis ſuccenſi· eos ad ſua odia excitare nō metuūt· quos deū diligere nō cognoſcūt· Peruſoꝝ v̓o derogatio vite noſtre ē aꝓbatio· qꝛ iā oſtendit̃ nos aliq̄d iuſticie habere· ſi ill' diſplicere incipimꝰ qui non placēt deo· ¶ Sed videt̃ ꝙ veritas vite ſit ꝓpter ſcandalū dimittenda· qꝛ uitatio cuiuſlibet peccati pertinet ad veritateꝫ vite· Sꝫ homo ad vitanduꝫ ſcandalū ꝓximi debet peccatū veniale cōmittere vt videt̃. qꝛ plus debet cauere damnū eternū ꝓximi quod patit̃ ꝑ peccatū mortale quo ſcandalizatꝰ ruit· ꝙ̄ damnū tēporale ſuū quod patit̃ ꝑ peccatum veniale· Ergo veritas

vite dimittenda est ꝓpter scandalũ· Ad hoc rñdet
frater thomas quẽ sequor Q2 homo aliqd peccatũ
veniale cõmittẽ ne ali9 peccet mortalit̃ non tenet̃
nec bene facit cõmittendo· qꝛ ad vitandũ peccatũ
nõ inclinamur pñcipaliter ex damno ꝓprio· qꝛ hoc
esset desistere a peccato timore pene· sꝫ inclinamur
ne deũ offendam9· cui9 offensa est etiã veniale pec
catũ· q̃uis nõ ita magna sicut mortale· Null9 aũt
debet deũ offẽdere paꝝ. ne ali9 offẽdat multũ· qꝛ
homo debet deũ in infinitũ pl9 diligere q̃ ꝓximũ
Et ideo null9 debet facere peccatũ veniale ad vitã
duꝫ scandalũ· dummõ act9 su9 ex tali causa effect9
peccatum veniale remaneat· Est vero oppositio in
adiecto· si dicat̃ ꝙ aliq̃s debꝫ peccare aut bñ facit
peccãdo· Contingit tamẽ aliquẽ actũ ex tali causa
factũ nõ esse peccatũ veniale· qd alias veniale essꝫ
sicut dicere verbũ iocosũ iã nõ esset ociosũ· cũ non
careret causa pie vtilitatis· sꝫ huic solutioni videt̃
obuiare illud apostoli ad romanos nono· Optabã
egoipse anathema esse a xp̃o ꝓ fratribus meis vbi
videt̃ ꝙ apostol9 magis diligeret salutẽ ꝓximi q̃
sui· ĩmo q̃ dilectõez dei· Ad hoc dico ꝙ ꝺm vnam
glosã· apl'us nõ optabat tũc qñ ĩ statu erat gratie
vt· s· separaret̃ a xp̃o ꝓ fratrib9 suis· sed hoc opta
bat qñ erat in statu infidelitatis· Vñ in hoc nõ est
imitand9· Vel dic sicut dicit crisostom9 ĩ libro de
cõpunctione ꝙ ꝑ hoc nõ ostẽdit̃ ꝙ apl's pl9 dilige
ret ꝓximũ q̃ deũ· sed qꝛ pl9 diligebat deũ q̃ seipꝫ
Volebat ṽo ad temp9 ꝓuari fruitõe dei· qd ꝑtinet
ad dilectõeꝫ sui· ad hoc ꝙ honor dei ꝓcuraretur in
ꝓximis qd ꝑtinet ad dilectõeꝫ dei· Itẽ scias ꝙ quã-
uis ꝑ peccatũ veniale gratia non tollat̃ ꝑ quã hoĩs
est sal9· incẽptum tamẽ veniale disponit ad mortale
vergit in detrimentũ salutis·

Scandella le· in scandula est·

Scando dis· scãdi scansũ· scãdere· id est ascẽdere
Et etiã ad versus ꝑtinet ꝓpter scansiones pedum
Et est tercie ꝯiugatõis· Vñ versus· Ascendẽs scã
dit· distinguẽs carmina scãdit· Scando cõponitur
cũ ad· & abiecta d· dicit̃ ascẽdo dis· ascẽdi· ascẽsuꝫ
id est· ad aliq̃d scandere· Vnde h̃ ascensus sus· Iteꝫ
discẽdo dis· Itẽ descẽdo is· i· deorsũ scãdere· subire
Vnde h̃ descẽsus· hui9 discẽsus· Itẽ transcẽdo dis·
id est· vltra scandere· Scãdo & eius cõposita neut̃
sũt· & faciũt ꝑteritũ in di· & supinũ in sũ· & com
posita vbiq3 mutãt a· simplicis in e·

Scandula A scindo dis· dicit̃ hec scãdula le· qd-
dam gen9 annone qd & scãdella dicit̃ dimi· & dici
tur scandula q̃si scindula· qꝛ scindat̃ & diuidatur·
Scãdula etiã põt dici idẽ qd scindula·

Scansilis A scando dis· dicit̃ h̃ & hec scansilis· &
hoc le· penul'· corꝛ̃· Et hoc scãsile lis· ferrũ ꝑ quod
equũ ascendim9· Scansilia etiã sunt grad9 vbi ho
norati in sedib9 sedẽt·

Scapha phe· est modica nauis· & dicit̃ a scaphon
qd est speculũ· qꝛ hmõi nauiculis vtunt̃ pirate ad
speculandũ· & explorandũ· Et deferunt̃ hmõi na-
uicule vl' scaphe in nauib9 & imminẽte ꝑiculo de
ponunt̃ in mare ad sbueniendũ nauibus· qꝛ his na
uis accingit̃· & ꝓcinctu ipsi9 armat̃· Vnde in acti
bus· xxvij· Insulã aũt decurrẽtes q̃ vocatur cauda
potuim9 vix obtinere scaphã·

Scaphiũ· a scando scãdis d̾r hoc scaphiũ phij lo
cus vbi arma reponuntur vl' gen9 vasis ad turpes
vsus aptũ· scilicet ad req̃sita nature· s· vas ad min
gendũ & egerendũ· Et h̃ scaphus phi· id est· cert9
numer9· & corꝛ̃· sca·

Scapula A scaphus dicit̃ hec scapula le· spatula·
humer9· Vñ scapulosus sa sũ· i· scapulis dilatat9
Et h̃ & hec scapularis & hoc lare· ad scapulã ꝑti-
nens· Et hoc scapulare ris· quedã vestis scapulas
tm̃ tegẽs· Et cõponit̃ interscapulũ li· & corꝛ̃· penul·
scapula· Propheta· Scapulis suis obũbrabit tibi·

Scapularis penul'· ꝓduct· in scapula est·

Scap9 A scãdo dis· dicit̃ h̃ scapus pi· i· sũmitas
vel cacumẽ· vel humer9· Aug9· de ciuitate dei· Su
per priapi scapũ noua nupta sedere videbat̃·

Scaria arbor est spinosa· Et facit fructũ rubeum
& est grecum·

Scarioth· quidã vic9 est· Vñ h̃ & hec scariothis·
& hoc the· Hinc iudas dict9 est scariothis· Iohis
xiij· Vt traderet eũ iudas simonis scariothis· i· iu
das simonis· s· filius· scariothis· sic a loco illo noĩa
tus· Potest etiã declinari· h̃ scariothes· hui9 scari
othe· sicut tesbites· hui9 tesbite· Et corripit penl'·
scd̃m vsũ· Vñ & in panteon d̾r in· xx· li· Iude scari
othis fit loc9 vn9 ei. Vide in secũda ꝑte vbi egi d̾
accẽtu noĩm desinentiũ in es· Vide etiã in iudas·

Scatebra· A scateo tes dicit̃ hec scatebra bre· aq̃
eruptio vl' ebullitio q̃ fit cũ aqua fluit ꝑ aliquas ri
mas· vel int̃ saxa· vl' cũ erũpit ĩ loco humido & in
balneo· Et inde scatebrosus sa sum· i· scatebris ple
nus· & cõparat̃· Vñ hec scatebrositas atis· Virg·
Scatebrisq3 arentia tempat arua· & corꝛ̃· te naẗalit̃

Scatebros9· in scatebra vide·

Scateo tes· tui· tere· i· ebullire· feruere· emanare·
erumpere· sicut facit aqua dũ decurrit inter angu
sta· & dũ emanat in locis humidis & balneis· Vñ
scatesco scis· inchoatiuũ· Scateo cũ suis cõpositis
siqua habꝫ neutra sũt· & oĩa carẽt sup̃· & corꝛ̃· sca

Scaturigo· A scateo tes· d̾r hec scaturigo ginis·
aquaꝝ ebullitio vl' eruptio· Augustin9 de ciuitate
dei· In occidẽtis plagis scaturigines & ꝓluuiones
dicit strages dedisse· & marcialis capella· Si ṽo cõ
cepta ex ipsi9 scaturiginis vena Profluxerint· ꝓpe
rus scrutator inq̃rit· & ponit̃ in hoc loco trãslati
ue ꝓ sciẽtia· Nã aqua tres habet ꝓprietates· abluit
sordes· & sequit̃ decliuia· reficit sitiẽtes· Sic & sciẽ
tia purgat ignorantiã· de magistro trãsit ad disci
pulũ faciẽs decliuia· qꝛ oĩs imitatio citra ꝑfectio
nem est· nec par erit imitator autori· reficit haustu
sui ardore cognoscẽdi vera flagrãtes·

Scaturio A scateo tes· dicit̃ scaturio turis· riui·
id est· scatere· Vñ scaturizo zas· Vl' potest deriua
ri scaturizo a scateo· & est scaturizo idẽ qd scaturi
re vel scaturientẽ imitari· & componit̃ excaturizo
zas· i· ꝑ aquã scaturientẽ vel ebullientẽ plumã aui
auferre· Vnde legit̃ in sidonio· alij excaturizabant
aues· alij exenterizabãt pisces· & ꝓducit scaturizo
v· ante r· sicut & scaturio ris· qd multi negãt· & se
pe inuenit̃ in libris phisicalib9 correptũ v· Et ĩ to
bia etiã corripit̃· vbi dicit excaturiẽtes les9 abhorꝛꝫ
aquas Ad hoc dicit magister benedictus ꝙ vindo
cinẽsis ibi errauit cũ dicit excaturizantes ꝛc̃. qꝛ sca
turio & scaturizo ꝓducit v· ante r· & hoc habem9
a prisciano dicẽte. ꝙ nullũ verbũ quarte ꝯiugatõis
habet v· correptã ante rio· nisi meditatiuum· vt le
cturio· sꝫ scaturio nõ est meditatiuũ· ergo nõ cor
ripit v· sicut nec prurio· Itẽ prudẽtius in passione
beati romani prod· eã dicẽs· Scaturizãtes pdat vt
loquacitas· Est ṽo metꝝ iambicũ· vnde oportꝫ ꝙ
vltima pedis sit longa· vnde prudẽtius maior· Pe
tra dei iussu potũ largita scaturit·

Scaturiso sas· in scaturio ris· vide·

Scauillum li·preda dicit᷑·
Scaur? qui aliquãtulũ balbutit. vel q̃ habet talos extentos & excedẽtes· vel scauros grece latine dr calix· vnde scaur? ra·rũ·i. asper ra·rum·
Scazon claudũ vel claudico siue inequalitas dicit᷑ & est grecũ· & est vitiũ metri· Tũc metrꝝ dicit᷑ habere scazõ·i·tũc dicit᷑ claudicare· qñ sillaba corr̃pta ꝓducit᷑· & ꝓducta corripit᷑· Vnde prisc· in decimo libro loquẽs de edo dis· Nõ potest ĩ hoc iambo penultima sillaba longa esse· ut intelligat᷑ p̃teritũ. ne sit scazon·
Sceda grecũ est·i· carta scripta· vel scriptum qđ adhuc ñ ẽ emẽdatũ· nec ĩ librꝝ r̃edactũ· Prop̃e q̃dez sceda est abbreuiata scriptura de aliquo ↄtracta anteqũ carta fiat· Eadẽ dicit᷑ & ꝓthocollum· a ꝓthos qđ est primũ· et collũ· qꝛ in collis cartarꝝ p̃mo loco fiebat tal' scriptura· & postea habebat᷑ ꝓ exẽplari & qđcunqꝫ scriptũ sic abbreuiatũ vt postea meli? scribat᷑ sceda dicit᷑· Vnde scedula le·dimi· Et scedarius ria riũ· Et a scedula scedulari? ria riũ·i· ad scedã vel ad scedulã ꝑtinẽs scđm hug· Papias v̇o dicit· Scedula· pagina· epistola·
Scedula exponit᷑ in sceda·
Scelero ras· in scel? est·
Scelestus sta stum· in scelus vide·
Scel? leris· neutri gñis·i· facin?· flagitiũ· Vñ scelest? sta·stũ·i· facinorosus· ꝓteru?· Dicit᷑ etiã hic & hec scelestis & hoc ste. Inuenit᷑ celestis a celo sine s. Vnde quidã· Regi celesti· nũqꝫ placuere scelesti· Vt sis celestis· nõ assimilare scelestis· Eccl'·xj· Ve duplici corde & labijs scelestis· Et cõparatur scelest? stior stissim?· Itẽ a scel? dicit᷑ sceleros? sa·sũ· Et cõparat᷑· & est scelerosus plen? scelere· Vñ hec scelerositas tatis. Itẽ a scel? dicit᷑ scelero ras· raui·rare· & inde sceleror raris· Vñ sceleratus ta tum· in quo fit scelus· Sed scelestus sta·stum per quẽ fit· Sceleros? vero qui facit· Et est scelerosus plusqꝫ scelerat?· & cõparat᷑ scelerosus sior sim?· & similiter cõparat᷑ scelerat? tior sim?· Vñ scelerose sius sime· & scelerate tius sime· adũbia· Scelero cõponitur· Conscelero ras· Et est actiuum cum suis cõpositis· Et corripit le·
Scema matis· gñis neutri· ymago· vl' figura· vel modus loquẽdi·s· soloecism? figura· Et fit scema ꝓprie solũ ornat? causa· Metaplasm? v̇o causa necessitatis fit· vl' ornat? in metro· Trop? causa vtriusqꝫ tã in metro qꝫ in ꝓsa ꝫm hug· Vide etiã d̉ hoc in quarta ꝑte vbi agit᷑ de scemate· vide etiã in sce
Scematismenos. A scema qđ matismenos est mod? loquẽdi· & mene qđ est defect? cõponit᷑ scematismenos·i· defect? modi loquẽdi· Itẽ scema dicit᷑ ornat? vl' figura· vñ in donato dicit᷑· Scemata· lexeos· & dyaneos·i· figure dictõis & sentẽtie Sicut em̃ homo varijs vestibus decorat᷑· ita oratio latinitatis tã soluta qꝫ ligata scematibus adornat᷑· Et dicit᷑ sic scematismenos·i· defect? ornat? & figure· qui fit ex carẽtia debite intelligẽtie· vl' dicit᷑ sentẽtia figuratiua & defectiua Significatõ ergo dictõis est q̃si ornat? & figura ipsi?· vñ quãdo deficit a ꝓpria significatõe· est ibi defect? ornat? & figure·i· forme dictionis q̃ est significatio· & corripit me· & acuit᷑ in fine· Hieronim? in ꝓlogo iob Et greci rhetores vocãt scematismenos·
Scena A scenos qđ est vmbra· dicit᷑ hec scena ne id est· vmbra· Et scena·i· vmbraculũ· loc? obumbratus in theatro· & cortinis cooptus similis tabñis mercenariorꝝ q̃ sũt asseribus & cortinis coopte· & secũdũ hoc scena potest dici a scenos qđ est dom? qꝛ ĩ modũ dom? erat ↄstructa· In illo vmbraculo latebãt ꝑsone laruate q̃ ad vocẽ recitatoris exibãt ad gest? faciẽdos· Et hinc scena dicit᷑ quãdoqꝫ totum theatrꝝ· Quãdoqꝫ recitatio scripture· Quãdoqꝫ ipsa scriptura· Quãdoqꝫ allocutio diuersarꝝ personarꝝ· vl' distinctio scripture q̃ ibi recitabat᷑· vt ĩ therẽtio· vnde scenic? ca cũ· penul'· correpta·i· vmbratilis· vl' theatralis· vl' q̃ faciebat ludos & gest? in theatro· vl' qui recitabat ibi scripturas·
Scenicus ca cũ· in scena exponit᷑·
Scenobates· Scenos quod ẽ funis cõponit᷑ cum batim quod ẽ grad?· & dicit᷑ h̃ cenobates tis·i· funãbul? qui gradit᷑ ꝑ funẽ· & corripit ba. Iuuenalis Augur· scenobates· medic?· mag?· omĩa nouit·
Scenobiũ bij· in cenobium vide
Scenofacio· Scenos quod ẽ funis cõponit᷑ cũ facio· & dicit᷑ scenofacio cis· feci· factũ·i· facere fũes vnde h̃ scenofactor ctoris· funiũ factor· Et h̃ scenofactori? ria riũ· ad scenofactõez vl' ad scenofaciendũ ꝑtinẽs· vnde dicit᷑ ars scenofactoria· vnde in actib?·xviij·ca. dicit᷑ de paulo· Et erat scẽofactorie artis· Itẽ a scenos quod ẽ vmbra· dicitur grece dom? scenos. ab vmbratõne· Hinc & similit᷑ grece dicit᷑ tabernaculũ scenos· Tabernaculũ em̃ ad similitudinẽ domicilij factũ est· Et ꝫm hoc posset esse p̃dicta ↄpositio·s· scenofacere·i· facere tabñaculũ vnde & ibi posset dici artis scenofactorie· qꝛ faciebat tabernacula·
Scenofactori?· scenofactoria· scenofactorium in scenofacio vide·
Scenofegia Fagin quod ẽ comedẽ cõponit᷑ cum scenos quod ẽ vmbra· & dicit᷑ hec scenofegia gie· quoddã festũ iudeorꝝ·s· fixio vl' dedicatio tabñaculi· qꝛ tũc in vmbraculis salicũ comedebãt· vl' est cõpositũ a scenos quod ẽ tabernaculũ sic factũ ad similitudinem domicilij· quod grece scenon dicit᷑ ab obumbratõe· Inde hec scenofegia gie· festũ p̃dictũ scilicꝫ dedicatio tabernaculi· in q̃ vt dictũ ẽ comedebãt sub vmbris salicũ· Et celebrat᷑ a iudeis ĩ memoriã expeditõis· quãdo ab egipto ꝓmoti ĩ tabernaculis degebãt· Iohis·vij· Dies fest? iudeorꝝ scenofegia· Quod·s· festum iudei singulis annis faciebant ĩ memoriã bñficiorꝝ q̃ eis dñs ↄtulerat ĩ deserto quãdo ĩ tabernaculis habitabant· De hoc festo habet᷑ leui·xxiij· A quĩtodecimo die mẽsis septimi erũt ferie tabñaculorꝝ septẽ diebus domino· Et vt vult hug· In hoc noĩe scenofegia· licꝫ corripe & ꝓducere pnl'· ꝓ volũtate legẽtis· Est vero nomẽ nothũ· qꝛ ergo a greco descẽdit potest penul'· ꝓduci Apud grecos em̃ in multis vocalis ante vocalẽ ꝓducit᷑· sꝫ qꝛ ad formaꝫ latinitatis reductũ est. põt etiã corripi in legẽdo· Apud latinos em̃ vocal' ante vocalẽ nõ ꝓducit᷑· nisi in paucis· In scãsione tam̃ illa penul' sine dubio breuis est Itẽ scias qꝫ hug· scribit fagin ꝑ f· & secundũ hoc scenofegia ꝑ f· p̃t scribi· Potest etiã phagin & scenophegia ꝑ ph· scribi· habito respectu ad grecã originẽ· Vide i secũda ꝑte vbi agit᷑ de impedimẽtis accẽtus· in caplo de impedimento vsus· vbi posui aliorꝝ opinionẽ q̃ magis michi placꝫ· vide etiã in fase·
Scenos· id est· funis· Et scenos vel scenon grece dicit᷑ vmbra latine·
Scenotaphiũ Scena cõponit᷑ cũ taphos quod est sepulcruꝫ· Et dicit᷑ hoc scenotaphiũ phij· vacuũ sepulcrũ·i· imaginaria sepultura q̃ fit cũ corp? deest
Sceptriger ra·rum· penultima correpta qui gerit

sceptrum. a sceptrū & gero ris· cōponit̄·

Sceptrū tri· virga potestatis· & deriuat̄ a cepi p̄terito de capio· scd̄m hug· Papias vero dicit· Sceptrum vel sceptron dicit̄ regimē· vl' virga regalis & est grecū·

Scesiosonomaton· quedā figura est de qua dictū est in quarta p̄te in capitulo de scemate·

Sceuus ua uum· id est. sinister· malus· peruersus· inimicus·

Scibilis A scio scis· dicit̄ h & hec scibilis & bile· ad sciendū habilis· & corr̄· bi·

Scidi· est p̄teritū de scindo dis· & corr̄· primam· Vnde in aurora dicit̄· Hostē cum posset gladiare dauid scidit oram·

Scientia. A scio scis· deriuat̄ hec scientia Et format̄ a datiuo sciēti addita a· fit hec sciētia tie·
